


CELEBERRIMI
VTR. IVR. DOCTORIS

HIERONYMI GIGANTIS

*Tractatus de residentia
Episcoporum .*



*Cum privilegio Illustrissimi Senatus
Veneti.*

M D X L V I I I .

C E L S I U S

V T R I V R . D O C T O R I S

H I E R O N Y M I G I G A N T I S

Tractatus de respiratione

Episcoporum



Quaeritur quid sit respiratione

Venerabilis

M D C L I I I

Reuerendissimo & illustriss. Domino

D. Federico cesio Cardinali Do-

mino suo colendissimo. Hiero-

nymus gigas Vtr. Jur.

Doctor inoffensam fœ-

licitatem uouet.

Cum primum sacrosanctum Con-
cilium indictum intellexi, idq; ut
omnino fieret a Paulo .iij. chri-
stianæ Reipublicæ Monarcha & uni-
uersalis Ecclesiæ Pastore decretum au-
diui: statim Pater amplissime aliqua de
Episcoporum residentia scribere animo
concepi, indecorum admodũ esse arbitra-
tus, q̄ nostris hisce tẽporibus, à plerisq;
episcopis passim Ecclesiæ non sine mor-
talium graui iactura delinquantur. Quo
fit ut oues eis commissæ, pastoris solatio
destitutæ plerunq; aberrant & in lupo-

* ij

rum manus incidant, cui tam pernitiōse
rei ne in deterius delabatur in dicto sa-
cro sancto concilio facile occurrēdū exi-
stimavi. Ideoq; non (ut aiunt) ut mineruā
instruerē, sed ut mihi ipsi cæterisq; qui
religionē christianā profitētur cōsulerē,
breuem hunc libellū conscribendum duxi:
cui & si iam multis mensibus extremam
manum imposuerim: attamen etiam mul-
toties ab amicis impulsus, illū non prius
in lucē emittere statui, q̄ Reuerēdissimo
rum & Illustriss. Cardinalium qui ipsi
sacro præsident concilio manus deoscula-
retur. A quibus quā benigne exceptus
ad me, luce dignus iudicatus, cū rediisset:
amicorum præcibus tandem deuictus, ut
in medium prodiret consensit. Verum
dum mecū ipse animo uoluerem quo sub-
tutore (ut facilius inuidorū morsus, acu-
leosq; euitaret) eundem cōstituerem, oc-

curristi Tu omnium primus Amplissime
Præsul optimarum artium Patronus, Inte-
gritatis speculum, Religiois decus, Pro-
bitatis ac innocentiae simulacrum, iurecon-
sultorum rarissimus Mecenas, uirtutum
omnium ornamentum: Cesarij Pontificijq;
iuris alumnus, qui Angelum illum cæsium ce-
leberrimum iureconsultum ac alterum Sceuo-
lam, Causarum Patronum eminentissimum,
sacriq; concistorij aduocatum, eloquentiae
fontem patrem habuisti. Accedat et Pau-
lus cæsius frater tuus, Paulus inquam
ille cæsius legali scientia haud patre infe-
rior, qui ob singulares animi dotes, innum-
merasq; uirtutes ad summum Cardinala-
tus apicem à Leone. x. assumptus, dum in hu-
manis fuit, Romanam tot annis suis uir-
tutibus illustrauit ecclesiam, cuius uestigia
et ipse sequutus Angelo patre, et Pau-
lo fratre non inferior existis, Quæ Pau-

* iij

lus tertius considerans quāto decori esse
poteras sacrosancto senatui Amplissi-
mo Cardinalatus honore decoratum in
fratrum numero merito collocavit. Susci-
pe igitur amplissime Presul serena fron-
te munusculum hoc qualecūq; sit Gigan-
tis tui Vigiliās, & ea qua soles incom-
parabili humanitate tua complectere ac
Patrocinio amplitudinis tuæ confoue,
Quod tibi si non displicuisse intellexero,
accendar ad alia quæ in nostra officina
conduntur, tuo nomini dicanda, Bene
Vale ex Inclita Ciuitate Venetiarum
quinto calen. Feb: Anno a Chri-
sti Seruatoris natiuitate

M D xlvij.

INDEX

A



Alegans impedimētū illud probare tenet. fol. 74. nūero. 39

Appenditia Mitræ, quid significant. fol. 25. numero. 2

Archiepiscopus dicitur episcoporum princeps. fol. 76. numero. 3

Archiepiscopus enixe intendere debet curam animarum. fol. 76. nūero. 4

B

Baculus episcopi quid significat. f. 22. n. 1

Baculus episcopi designat curam gregis. fol. 24. n. 8.

Bigami nō pnt eligi in episcopos. 68. n. 20

Bigami ex dispēnatione Papæ promouētur ad episcopatum. 68. n. 21

Bigamus ex dispēnatione Papæ, potest etiā esse cardinalis. 69. n. 24

C

Caput est preciosius cæteris mēbris. 15. n. 6

Caput, ubi est sepultum, locus dicitur religiosus. fol. 15. n. 8

Caput subditorum sunt omnes qui præ sunt. 20. n. 4

* iiij

X Index

Cardinales dicuntur pars corporis Papæ
fol. 71. numero. 31.

Cardinales ep̄i iurant fidelitatē Pontifici ut
faciunt cæteri ep̄iscopi. fol. 71. n. 32

Cardinales sine licentia Papæ ex Curia di-
scedere non possunt. f. 72. n. 34

Cardinalium status à Deo institutus est.
fol. 72. numero. 35.

Cardinales assistunt Papæ, sicut Apostoli
Christo. fol. 73. n. 36

Caritas est perfectionis uinculum. 31. n. 5

Carnale et spirituale matrimonium quibus
casibus conueniant. 42. n. 24

Cōiugium inter electum & ecclesiā proprie
dicitur secuta confirmatione. 34. n. 12

Coniugium carnale solo consensu p̄ficitur,
secus in spiritali. 35. n. 14

Comparatio de spiritali ad carnale matri-
monium, quando sit. 35. n. 16

Comperens scientia in ep̄iscopo toleratur.
. 67. n. 14.

D
Deus ep̄iscopos suo reseruauit iudicio :
fol. 26. n. 4.

Delinquentium culpæ, in negligentem ep̄i-
scopum referuntur, 53. n. 4

Delictum,

Index

- Delictum, quod nō corrigitur, facilius multiplicatur. 54. n. 8
- Difficilius corrigitur malū, quod in plures transit. 55. n. 11
- Diligētia in quocūq; ope mater est, Nouerca eruditionis est negligentia. 51. n. 8
- Docentes hæreses expellendi sunt, & seuerè puniendi. 50. n. 6
- Doctores ueritatē annūtiare debēt. 3. n. 6
- E
- Ecclesia appellat episcopos patres. 10. n. 2
- Ecclesia secuta confirmatiōe dicitur episcopi uxor. 35. n. 15
- Electus etiā secuta acceptatione ante confirmationem, potest sine auctoritate superioris electioni renunciare. 34. n. 10
- Electus ante confirmationem habet tenue ius. fol. 34. n. 11
- Episcopus unde dicatur. 4. n. 1
- Episcopi latine speculatores interpretantur. 5. n. 2
- Episcopis nihil sublimius reperit. 5. n. 3
- Episcopū nihil aliud quàm episcopalia opera designant. fol. 6. n. 4
- Episcopo nihil est miserabilius, quādo non sancte uiuit. 6. n. 5

Index

- E**pi nomē est oneris, non honoris. 6. n. 6
- E**piscopi non residentes causa cessante, peccatores dicuntur. 6. n. 7
- E**piscopi tenentur subditorum curam gerere. 6. n. 8
- I**n episcopatu tria sunt cōsiderāda. 7. n. 10
- E**piscopatū appetere propter gradus celsitudinē presumptuosum est. 7. n. 11
- E**piscopatum appetere, ut proximo proficit, est laudabile. 7. n. 12
- E**piscopi ex diuini iuris præcepto tenentur ad animarum curam. 8. n. 1
- I**n episcopis residentia est de iure diuino: fol. 8. n. 2. & infra littera. R.
- E**piscoporum onus proprium est, pascere oues sibi commissas. 8. n. 4
- E**piscopus, qui Christi oues nō pascit, Christum non amat. 8. n. 5
- E**piscopis nō residere uitupabile est. 9. n. 6
- E**piscopi Apłorū loco succedere. 10. n. 1
- E**pi habere debent uitæ sanctitatē. 10. n. 3
- E**pi habere debent curæ potestatē. 10. n. 4
- E**pi ecclesiæ utilitatē afferre debent. 10. n. 5
- E**piscopus est totius ecclesiæ propriæ condimentum. 11. n. 8
- E**piscopi dicuntur filij ecclesiæ. 11. n. 9

Index

- Episcopus, quare patri cōparatur. 12. n. 10
Episcopus non residēs, quomodo patri cō-
parabitur. 12. n. 11
Episcopis per propriam dioecesim uagari
non licet. 12. n. 12
Episcopus longe ab ecclesia hospitium suū
non habeat. 13. n. 14
Ep̄o turpe est canones ignorare. 13. n. 16
Episcopus non residens, monitus, est expel-
lendus. 13. n. 17
Episcopus ad residēdum moneri potest etiā
à suis subditis. 13. n. 18
Episcopo etiā laycus & femina pōt intima-
re ut ueniat ad residendum. 13. n. 19
Episcopus dicitur caput cleri. 14. n. 1
Episcopus dicitur caput suæ ecclesię. 14. n. 2
Episcopus dicitur uicarius Dei. 16. n. 1
Episcopus non residens, quomodo Christi
Vicarius erit. 16. n. 1
Episcopi dicuntur uicarij Christi, quia apo-
stolorum loco successere. 17. n. 3
Episcopus nūcupat legatus Christi. 17. n. 1
Episcopus nō sustinens curam suarū ouium
Christi legatus non dicetur. 18. n. 2
Episcopus ignorās christianę fidei doctrinā
Christum ignorare dicitur. 18. n. 3

Index

- Episcopus iusta cessante causa nō residens,
dicetur antichristi legatus. 18. n. 4
- Episcopi, quare arietes dicantur. 19. n. 1
- Ep̄i uita irreprehensibilis esse debet. 19. n. 2
- Ep̄s dicitur pastor dominici gregis. 22. n. 2
- Episcopi residētes boni, non residentes ma-
li dicuntur pastores. 22. n. 3
- Episcopi nō residentes semetipsos, non gre-
gem pascunt. 23. n. 4
- Episcopus tenet Deo reddere rationē pro
animabus male custoditis. 23. n. 6
- Episcopus propter aliquam p̄secutionē, nō
pōt gregem suum derelinquere. 24. n. 9
- Episcopus nō est dominus sed dispensator
fructuū sui episcopatus. 27. n. 6
- Episcopus gregem suum renuens pascere,
pastorem suum conuincitur non amare.
fol. 28. nu. 7.
- Episcopus surripiens quod pauperibus est
dandum omnium prædonū superat cru-
delitatem. Ibi.
- Episcopi, pauperes adiuuare debent, prote-
gere, & subleuare. 28. n. 8
- Episcopus retinens aliqd de eo, quod pau-
peribus est erogandum, mortaliter pec-
cat. 29. n. 9

Index

- Episcopus quare annulum portet. 31. n.1
Episcopus quare annulum portare debeat
in quarto digito. 30. n.2
Episcopus non residēs, quomodo erit spon-
sus ecclesiæ. 31. n.4
Ep̄s nō dicitur ante consecrationē. 38. n.19
Episcopus est uerus sp̄sus suę ecclesiæ, ideo
annulum portat. 39. n.20
Episcopi dicuntur oculi. 43. n.1
Episcopi dicuntur oculi domini. 43. n.2
Ep̄s interpretatur superinspector. 44. n.3
Episcopus non residens dicitur oculus te-
nebrosus. 44. n.4
Episcopus dicitur somnū oculis dare, quan-
do subditorū curam negligit. 45. n.6
Episcopi tenent̄ annis singulis ecclesias suæ
diocesis uisitare. 45. n.1
Episcopus si aliquo iusto impedimento de-
tentus erit, poterit uisitare p̄ aliū. 46. n.2
Episcopus iuri uisitandi nullo pacto renun-
ciare potest. 46. n.3
Ep̄i tenentur de extorsionibus quæ fiunt p̄
uisitantem eorum nomine. 47. n.4
Episcopus iusta cessante causa non residēs,
& fructus sui episcopatus p̄cipiens, man-
ducat panem doloris. 47. n.6

Index

- Episcopi sunt colūnæ ecclesiæ:** 48. n. 1
- Episcopi, quare dicantur columnæ ecclesiæ.**
fol. 48. n. 2.
- Episcopi non residentes cessante causa non
sunt columnæ ecclesiæ:** 48. n. 3
- Episcopus non sollicitus in prædicationis
officio dicetur canis mutus latrare non
ualens.** 49. n. 4
- Episcopus uti pastor sollicitus esse debet in
custodiēdis ouibus sibi cōmissis.** 49. n. 1
- Ab episcopo requireret dñs ouē quæ sua ne-
gligētia perierit.** 49. n. 2
- Episcopo imputatur si qua ouis negligē-
tia eius perierit.** 49. n. 3
- Episcopus intentus esse debet hæresum ex-
tirpationi.** 50. n. 4
- Episcopus remissus in extirpatione hæresum
ab episcopatu remoueri debet.** 50. n. 5
- Episcopus ab officio suspēdendus est, si ne-
gligens sit punire clericorum incoestus, et
fornicationes.** 52. n. 2
- Episcopus non corrigens subditorū crimi-
na, canis impudicus dicitur.** 52. n. 3
- Episcopi onus ingens est.** 56. n. 13
- Episcopi canones seruare, & à subditis ser-
uari facere debent.** 58. n. 1

Index

- Episcopi appellantur custodes sacrorum canonum. 58. n.2
- Episcopus canones non seruans dicitur canis impudicus. 58. n.3
- Ab episcopo canones non seruante recedi potest. 58. n.4
- Episcopus, quādo dicitur canones ex contemptu non seruare. 59. n.6
- Episcopus compellere debet subditos ad canones seruandos. 59. n.7
- Episcopus canones non seruans magis punitur quā m sæcularis princeps leges contemnens. 59. n.8
- Episcopi obligant se ad exequendum pastorale officium propter salutem subditorum. 62. n.2
- Episcopi debent esse in fide integri, in præsura probati, & in persecutione proscripti. 63. n.3
- Episcopi debent esse constantes in tribulatione. 63. n.4
- Episcopus gregem suum relinquere nō debet, ubi salus subditorum requirit eius præsentiā. 63. n.5
- Episcopus excusatur à residendo, quando propter ecclesiæ suæ commodum se ab-

Index

- sentat, & ecclesie potest per aliū æque bene deserviri. 64. n. 7
- Idem si propter personæ suæ periculū. Ibi.
- Episcopus quādo licite fugit, ut euitet persecutionem. 64. n. 9
- Episcopus qui monachus efficitur, excusatur à residendo. 65. n. 11
- Episcopus ex quibus causis licite petat sibi indulgeri, ut suam possit dimittere ecclesiam. 67. n. 12
- Episcopus si ignorat scientiam in qua regere debet suam ecclesiam, licite illam dimittere potest. 67. n. 13
- Episcopus omnino indoctus non est tolerandus. 67. n. 15
- Episcopi indocti sūt a lini deferrati. 67. n. 16
- Episcopus indigne promotus, decapitari meretur. 67. n. 17
- Ep̄s episcopatū dimittere non pōt etiam ex causa sine auctoritate Papæ. 69. n. 25
- Ep̄s tenēs regalia ab Imperatore, à quo uocatur licite excusat à residētia. 69. n. 26
- Episcopus uno & eodem tempore uocatus à rege et à Pontifice prius ad Pontificem ire debet. 70. n. 27
- Episcopus ad regis curiam non uocatus ac-

Index

- cedere non debet. 70. n.28
- Episcopi negligētes punire subditorum errata, appellantur canes impudici. 71. n.29
- Episcopus promotus ad cardinalatū excusatur à residentia suæ ecclesiæ. 71. n.30
- Episcopus, cui propter infirmitatem necesse est aerem mutare, excusatur à residentia. 73. n.37
- Episcopus uocatus ad curiam Romanā excusatur à residentia. 73. n.38
- Episcopus absens ab eius ecclesia pro tractandis negocijs uniuersalis ecclesiæ excusatur à residentia. 74. n.40
- Episcopus stans ad seruitia papæ excusatur à residentia. 75. n.41
- Episcopi, qui sunt auditores Rotæ, Clerici camerae apostolicæ, uel secretarij Papæ, an à residentia excusentur. 75. n.42
- Episcopi, archiepiscopi, & patriarchæ oēs, episcopi nomine ueniunt. 76. n.1
- Episcoporum appellatione etiam in materia pœnali ueniunt Archiepiscopi, & patriarchæ. 76. n.2
- Error Prælati est error medici. 21. n.9
- Error, cui non resistitur approbat. 53. n.6
- Exercitus fortissimi sine capite ruūt. 15. n.4

Index

F

Falsus denarius non est denarius. 40. n. 21

H

Hæresis labes dicitur. 50. n. 7

I

Ignorantia iuris non præsumitur in episcopo. fol. 13. numero. 15

L

Legis uirtus consistit, nō in lege simpliciter, sed in legis obseruantia. 2. n. 3

M

Mali principes non sunt bonis principibus contumeliæ. 4. n. 7. & infra in littera. R

Malus prælatus coruo æquiparatur. 26. n. 5

Malitia plebis, cui episcopus præest, est iusta causa, quòd episcopus petit licere sibi suam ecclesiam dimittere. 67. n. 18

Matrimonium spirituale contrahitur inter episcopum & ecclesiam. 32. n. 6

Matrimonium, quod cōtrahitur inter episcopum & ecclesiã, an contrahatur per solam electionem secuta acceptatione. 32. n. 8

Matrimonium contractum inter electum & ecclesiam dissolui non potest, nisi auctoritate superioris. 34. n. 15

Index

Matrimonium inter electum & uniuersalem ecclesiam non contrahitur ante confirmationem. 36. n. 18

Mēbra languescunt capite semoto. 15. n. 3

Mitra, quam gerit episcopus, quid significet. fol. 25. n. 1

N

Negligentia in episcopo turpissima est. fol. 47. n. 5. & fol. 51. n. 1

Negligentia episcoporum ipsis tria affert mala. 53. n. 5

Nemo plus nocet in ecclesia Dei, quam malus praelatus. 21. n. 5

Nihil est difficilius & periculosius quam episcopi uita. 26. n. 3

O

Oculus cæcus et nequam, dicetur episcopus non residens. 45. n. 5

P

Papæ à Deo datum est uniuersalis ecclesiæ imperium. 1. nu. 1

Papa non puri hominis, sed ueri Dei in terris uices gerit. 1. n. 2.

Papa facilius dispensat cum bigamo interpretatio q̄ cum uero. 68. n. 23

Index

- Papa cum cardinalibus totum orbem iudicat. 72. n.33
- Pascere oves sibi commissas est episcoporum onus. 8. n.4
- Pastores, quando dicantur limpidiſſimam aquam bibere. 19. n.3
- Pastor non excusatur, si lupus ovem comedat, & ipse dicat hoc nescire. 23. n.5
- Patriarchæ & Primates, sunt episcopis & archiepiscopis maiores. 77. n.5
- Patriarcha Græca lingua dicitur summus patrum. 77. n.6
- Patriarcha immediate sedere debet post papam. 77. n.7
- Patriarche principales quattuor sunt, et qui sunt hi. 77. n.8
- Patriarchæ qui sint, qui sedere debent ante Cardinales in concilio. 77. n.9
- Patriarche alij quattuor, quorum unus est patriarcha Venetiarum. 77. n.10
- Patriarchatus Gradenſis extinctus, & loco illius creatus patriarchatus Venetiarum. 68. n.12
- Paulus apłs bigamiam instituit. 68. n.22
- Peccatũ prælati est infirmitas capitis. 21. n.6
- Peccatum prælati est error pastoris, qui toti

Index

- gregi nocet, 21. n. 7
- Peccatū praelatī est error magistri. 21. n. 8
- Persequutio, quam patitur episcopus, an sit
iusta causa non residendi. 61. n. 1
- Petrus fugit Herodis furorem. 64. n. 8
- Petitio exēptionis, p̄ quā mēbra à capite se-
parantur, non est signanda. 15. n. 5
- Plenitudo adiectione non indiget. 2. n. 4
- Praelatī malī sal infatuatū dicuntur. 11. n. 6
- Praelatī bonī sunt sal. 11. n. 6
- Praelatī inferiores ep̄o, annulū de iure por-
tare non debēt, nisi ex priuilegio. 30 n. 3
- Primatū ecclesiæ cōcupiscere, nec sanctū,
nec utile est. 6. n. 9
- Principes malī non sunt bonis principibus
contumeliā. 4. n. 7
- Proditor dicitur esse ueritatis, qui nō libere
ueritatem enunciat. 3. n. 5
- Pro euitando graui scādalo licite episcopus
suam dimittit ecclesiam. 68. n. 29
- Q**
- Quasi, dictio, est regulariter nota impro-
prietatis. 33. n. 9
- Quasi coniugium, dicitur ante confirma-
tionem, inter episcopum & eccle-
siam. 35. n. 17

Index

Qui non corriguntur, facilius delicta conti-
nuant. 55. n. 9

Qui episcopos persequitur, Christum perse-
quitur. 65. n. 10

R

Remissio in praelato æquiparatur pigritiæ
agricolæ. 56. n. 12

Residentia in episcopis, est de iure di-
uino. fol. 8. n. 2

Residere est deseruire. 13. n. 13

Res ecclesiæ quibus casibus licite alie-
nentur. 29. n. 10

S

Sanctorum festa celebrantur, ubi eorum ca-
pita reperiuntur. 15. n. 9

Spirituale non est proprie matrimonium
ante confirmationem. 42. n. 22

Spirituale matrimonium contrahitur etiã
cum simplici beneficio. 42. n. 23

Statutum in fauorem uiduæ conditum, lo-
cum habet etiam in ea, quæ uirum pror-
sus inutilem habet. 32. n. 8

Subditi resistere possunt episcopo canones
non seruanti. 58. n. 5

Suprascriptiones Decretalium faciunt ius, &
ex illis arguitur. 78. n. 11

Index

T

Tria in episcopatu considerata sunt:

fol. 7. numero. 10.

Tria sunt mala, quæ in subditorum da-
mnum ex episcopi negligentia resul-
tant. 54. n. 7

Tria mala resultant ex episcoporum ne-
gligentia in totius uniuersitatis detri-
mentum. 55. n. 10

V

Venetiarum Ciuitas aliarum ciuitatū Re-
gina. 78. n. 13

Venetiarum primus episcopus Obeliatus.
fol. 78. numero. 14.

Venetiarum episcopi semper electi fuerūt
à Senatu. 78. n. 15

Vicarij episcoporū, non Pastores, sed mer-
cenarij sunt, 8, n. 3

Vtilitas plurimorum, utilitati unius pro-
fertur. 14. n. 6

Vulnus capitis mortale censetur, 15. n. 7

FINIS TABVLÆ.

T

Tria in episcopatu consideranda sunt.
 fol. 7. numero. 10.
 Tria sunt mala, quae in subditorum de-
 rementum ex episcopi negligentia relin-
 untur.
 fol. 24. n. 7.
 Tria mala relinuntur ex episcoporum ne-
 gligentia in locis universitatibus de-
 rementum.
 fol. 22. n. 10.

V

Venerabilium Patrum aliarum civitatum Re-
 gium.
 fol. 28. n. 13.
 Venerabilium Patrum episcoporum Obsequium
 fol. 28. numero. 14.
 Venerabilium episcoporum semper electi fuerunt
 a Romanis.
 fol. 28. n. 13.
 Vicarii episcoporum, non Pastores sed inter-
 ceptarii sunt.
 fol. 28. n. 13.
 Vicarius plurimorum, utilitati unius pro-
 ferretur.
 fol. 14. n. 6.
 Vicarius capituli mortalis est.
 fol. 15. n. 7.

FINIS TABULAE

HIERONYMI GIGANTIS

IVRISCONSULTI FOROSEM-

pronien. Tractatus de resi-
dentia Episcoporum.

- 1 Papæ à Deo datum est, uniuersalis Ecclesiæ imperium.
- 2 Papa non puri hominis, sed ueri Dei in terris uices gerit.
- 3 Legis uirtus consistit, non in lege simpliciter, sed in legis obseruantia.
- 4 Plenitudo adiectione non indiget.
- 5 Proditor dicitur esse ueritatis, qui nõ libere ueritatem pronuntiat.
- 6 Doctores ueritatẽ annũtiare debent.
- 7 Mali Principes non sunt bonis Principibus contumeliæ.

Prohemium.



A Etatus sum in his que dicta sunt mihi, quòd in sacrosancto generali Tridẽtino concilio, iussu sanctissimi Dñi nostri Pauli. iij. cõgregato, inter cetera tria

A

De residentia Episcoporum

principaliter tractanda sunt. Hæresum, uidelicet extirpatio, Disciplineque ecclesiasticæ, ac morum reformatio, & quod tertium est, Pax æterna totius ecclesiæ. Quod & mihi clarius constitit ex illa admodum christiana Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium, qui ipsi concilio pro sanctitate sua, sanctaque Apostolica sede Legati præsident, admonitione, hortatione uel ad Patres in prima eiusdem concilij sessione habita: quam cum sæpius legerim incredibili, fateor, lætitia affectus sum: quod tam sanctum iac pro honore, & salute Christianæ religionis maxime necessarium opus tam diu à religiosis & christianis mentibus desideratum fieri cæperit, res profecto tanto pastore digna, cui Vniuersalis ecclesiæ imperium à Deo datum est: ut habetur. xxij. dist. c. i. & qui Iesu Christi seruatoris nostri, cuius uices in terris gerit, locum obtinet. c. Inter corporalia in princ. uersi. Nō. n. humana, extra, de trans. prel.

1

2 † Et non puri hominis, sed ueri Dei in terris uices gerens, idem consistorium cum Deo obtinet. c. quanto, eod. tit. & ibi Hostien. Cuiuscumque captis, ut tam sanctum, christi-

stianumq̄ opus ad debitum finem perdu
 ci ualeat, fauebit Altissimus, de cuius re
 agitur: ut ualeamus postmodum cū Esaiā
 Propheta cap. eius. x. dicere. Laudate cœ
 li, & exultet terra: quia consolatus est Do
 minus populum suum. Verum cum ani
 mo sæpius uoluerim, quonam pacto tan
 ta hæresum multiplicatio, Disciplinæq̄
 ecclesiasticæ, ac morum deprauatio, no
 stris hisce temporibus inualuerit, ex qui
 bus Respub. Christiana nunc tot, tantisq̄
 exagitur procellis: Id maxime euenisse
 arbitratus sum, ex eo, quòd episcopi, qui
 bus Dominici gregis cura à Deo deman
 data est, illam adeò neglexere, quòd non
 curent in eorum ecclesiis (ut diuino tenen
 tur iure) residere. Cui errori ni opportu
 ne occurrat in posterū, frustratoria pro
 fecto facile erit (ut arbitror) quæcunq̄ cir
 ca præmissa in dicto sacrosancto concilio
 fiet reformatio, quæ aut debitum non sor
 tietur effectum, aut sortitum breui tempo
 re duraturum esse non immerito dubita
 ri poterit. Nam etsi scriptum sit, quòd id
 quod sancta Synodus semel iudicauerit,
 nulli retractationi subiiciatur. xxiii. q. i.

A ñ

De residentia episcoporum

3 cap. maiores. † Virtus tamen non in lege simpliciter, sed in legis obseruantia consistit, ut habetur Ioan. cap. vii. ibi: Nonne Moyses dedit uobis legē, & nemo ex uobis facit legem: ex legis. n. contēptu cūcta mala proueniunt: est enim hominum natura ad malum potius q̄ ad bonum pronā, ut habetur Genesis cap. vi: Cūq̄ mecum cogitarē aliquid, pro ingenioli mei tenuitate scribere, deterrebat me subiecti qualitas, quæ uirū longē maioris auctoritatis, quā ego sim, siquidē nulla in me auctoritas est, requirere uidebat̄, onusq̄ huiusmodi meis humeris impar iudicabam: uerebarq̄ insuper ne detractoris potius quā scriptoris nomen mihi ipsi apud aliquos uendicarem: à quo uitio ab ineunte ætate alienus prorsus fui. Urgebat ex alio Christianæ religionis zelus, qui me ad scribendū impellebat, etsi scriptum sit quòd superuacuis laborat impēdīs, qui solem quærit facibus adiuuare, c. si omnia. vi. q. i. Et inenarrabili sapientiæ tot tantorumq̄ patrum in dicto sacrosancto concilio congregatorum nil addi ualeat, † plenitudo. n. adiectione non indi-

4

get, præallegato c. si omnia, & c. bene quid-
dem. 96. distin. Dum itaq; in dubio quid
mihi agendū esset uersarer, occurrit illud,
quod Moyfi dixisse Dñm Exodi cap. 4:
perhibetur: Perge, ero in ore tuo, & doce-
bo quid loquaris: & ad Paulum ut habet
Act. cap. xviij. idem Dominus dixit. Ne
taceas, sed loquere: propterea q; ego tecū
sum. Christianę igitur religionis zelo ac-
census, nō inanis glorię cupidus, nec de-
tractionis studio allectus, breuē hunc no-
strum libellum de Episcoporū residentia
conscribendum duxi: & si sciam me q̄ plu-
rimis rem minus gratā facturum, qui po-
tius mundo q̄ Deo seruiunt. Nihilomi-
nus cū magis nos Deo quàm hominibus
placere oporteat, iuxta illud Pauli ad Ga-
lat. i. Si hominibus placerem Christi ser-
uus non essem, decreui de Episcopoz; resi-
dētia, quę sentio libere loqui, admonitus
5 à Chrisostomo dicēte, † q; pditor dicitur
esse ueritatis non solū qui mendaciū asse-
uerat, sed qui non libere ueritatē pronun-
ciat, quàm pronūtiare oportet: cuius uer-
ba habentur in. c. nolite. xi. q. 3. & habetur
6 in. c. scimus. 43. distinc. † q; doctores nullo

A iij

De residentia episcoporum

modo etiã propter futuram persecutio-
nem desistere debent, quin ueritatem an-
nuntient: presertim cum melius sit pro ue-
ritate suppliciũ pati, quã pro adulatione
beneficium, ut ad Cassulanũ dicebat
Augustinus, et transumptiue habetur. xi.
q. 3. c. nemo peritorũ, & scriptum est in. c.
quisquis ead. causa et. q. q̄ qui metu alicu-
ius potestatis ueritatem occultat: Dei irã
contra se prouocat, cum magis hominem
quã Deum formidet. Vtinãq; non es-
sẽt omnibus, et palãm nota tot mala, quæ
undiq; ex episcoporum non residentia, non
solum in eorum subditorum, sed in totius
christianæ religionis detrimẽtum proue-
niunt. Hoc profecto me ad scribendũ co-
git, compellitue à Propheta admonitum,
dicente: Exclama, ne cesses, & quali tuba
exalta uocem tuam, cuius uerba habẽtur
in c. sit Rector. xliiij. dist. Et ut Hierony-
mi uerbis in sophoniaco. 3. scribentis con-
tra malos episcopos, utar, dicam: Scio me
offensurum plurimos, quòd de episcopis
hæc interpreter, sed presbyteri mali, qui
Sufannã uiolare cupierunt, cæteros pre-
sbyteros, qui bene uixerunt non cõdem-

7 nāt: & mali principes, † quos describit sermo propheticus: non sint bonis principibus contumeliæ, subdens: Stulto enim flagellato insipiens sapientior erit. Si autem insipiens sapientior fit, quanto magis ille qui sapiens est? Et cum scriptum sit, ca: 21. ad Coloss. & ad Corin. x. Omnia quæcunq; facitis, in uerbo, aut opere, in nomine patris Domini nostri Iesu Christi facite, quod etiam traditur in c. nō licet. xxvi. q. v. & in c. non obseruetis, ead. causa. q. 7. Redēptoris nostri, eiusq; gloriosæ matris nominibus inuocatis descendam ad ea, quæ de Episcoporum residentia scripturus sum: Ex quibus quàm necessaria sit eorundem residentia ad salutem animarum, cum dominici gregis eorum custodia & curæ commissi, tum ipsorū episcoporum facile apparebit. Et primum operepretium esse arbitror intelligere unde episcopi nomen descendat.

1 Episcopus unde dicatur.

2 Episcopi latinè speculatores interpretantur.

3 Episcopis nihil sublimius reperit̃.

A iij

De residentia Episcoporum

- 4 Episcopum nil aliud quam episcopalia opera designant.
- 5 Episcopo nihil est miserabilius, quando non sancte uiuit.
- 6 Epi nomen, est oneris non honoris.
- 7 Episcopi non residentes causa cessante, Peculatores dicuntur.
- 8 Episcopi tenentur subditorum curam gerere.
- 9 Primatum ecclesie concupiscere, nec sanctum, nec utile est.
- 10 Tria in episcopatu consideranda sunt.
- 11 Episcopatum appetere propter gradus celestitudinem, presumptuosum est.
- 12 Episcopatum appetere ut proximo profit est laudabile.

Capitulum primum.

Episcopus graecum est uocabulum & dicitur ab epi, quod est supra: & scopos, quod est intendere, inde dictum, quod ille, qui alijs praeficitur, eorum curam gerere debeat. & episcopos, si uelimus, latine super intendentes dicere possumus: ut intelligat non se esse episcopum qui praesse dilexit,

non prodesse: uerba sunt Augustini. xix. de Ciui. dei registrata in c. qui episcopatu viij. q. 1. Idem dicit Tho. 2. 2. q. xviij. arti. 1. Azo in summa. C. de episc. & cle. in princ. Berth. in tract. suo de episcopo in præludij col. 2. uersic. Episcopus dicitur. Nico. de Lira super. 1. Paul. ad Philip. et. 1. ad Timoth. c. 3. et. 1. Pet. c. 2. in fine. Archiep. Florent. in sua summa parte. 3. tit. xix. c. 1. Hiero. super. 1. ad Timoth. cap. 3. Cardina. de Turre cremata in c. 1. 84. dist. col. 1. uersic. Respondeo, & in c. legimus, col. 4. 93. dist. & idem in c. fratrem. 96. dist. & Hiero. in epistola ad Euagrium. Isidor. autē in lib. viij. ethimol. ca. xij. cuius uerba recitantur in c. clericos. xxi. dist. dixit, quod episcopus ex eo dicitur, quod qui episcopus efficitur superintēdat, curam uidelicet gerens subditorum, † Nam episcopi latinē speculatores interpretantur. Est. n. episcopus in ecclesia sua Speculator præpositus, ideo dicitur, ex eo quod speculetur, & prospiciat populorū sub se positorum uitā & mores. Idem dicit Specul. lib. 1. in prohemio numero. x. & Archiep. Flo. in sua sūma parte. 3. c. 2. Curare igit̄ debet episcopus om-

De residentia Episcoporum

ni conatu, ut ea, quæ ex vi nominis (quod assumere uoluit) agere tenetur, exequat: ne tanto sublimi nomine se indignū reddat. Ideo Ambr. in lib. de dignitate sacerdotali. ca. 3. de episcopo loquens dicebat:

3 † Nihil sublimius Episcopis reperiri, ut cū dignitatem episcopatus episcoporum oculis demōstremus, & digne noscamus, qđ sumus, & qđ sumus professione, actione potius cū nomine demonstramus: ut nomen cōgruat actioni, & actio respondeat nomini: ne sit nomen inane, & crimē immane: ne sit honor sublimis, & uita deformis, ne sit deifica p̄fessio, & illicita actio: ne sit religiosus amictus, & irreligiosus prouectus: ne sit gradus excelsus, & deformis excessus: ne habeatur in ecclesia cathedra sublimior, et conscientia sit humilior: ne locutionem simulemus columbinā, & mentem habeamus caninā: ne professionem mōstremus ouinam, & ferocitatem habeamus lupinam: ne dignè nobis per Prophetam respondeatur à Domino: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Ergo fratres sicut Senatorem Clamys ornat, sicut agricultura

rusticum, sicut barbarum arma, sicut nau-
 tā nauigatiōis peritia, & singulos quosq;
 opifices, operis sui qualitas, ipsos demon-
 4 strat auctores: † Sic episcopum nō aliud
 nisi episcopalia opera designant, ut ex bo-
 no opere magis quān professione noscāt
 plus esse episcopus, q̄ q̄ nomine uocitē.
 5 † Quia sicut nihil esse diximus episcopo
 excellentius: sic nihil est miserabilius si de
 sancta uita episcopus periclitē. Hæc sunt
 Ambrosij Mediolanēsis episcopi uerba.
 Quō ergo Episcopi nomine quisquam se
 dignum putet, qui propria derelicta ec-
 clesia, in aliena commoretur diœcesi: reli-
 ctis his, quibus ei præesse datum est, et eo-
 rum cura neglecta, quomodo absens sub-
 6 ditorum uitā, moresq; speculabitur? † No-
 rūt enim Episcopi nomen esse oneris nō
 honoris, ut Augusti. dicebat, cuius uerba
 transumptiue habentur in dicto cap. qui
 episcopatum. viij. q. i. & per Azonem in
 summa. C. de episc. & cleric. & Specul. in
 tit. de instrum. edict. §. decimoquarto uer-
 7 si. de Episcopo, in fine. † ¶ Eapropter epī-
 scopos, sine legitima causa non residen-
 tes, & fructus, redditus, & prouentus ec-

De residentia episcoporum

clesiarum suarum percipientes, iam non amplius speculatores, sed peculatores uerius dixerim, renuunt enim onus curę eis competens, & commodum illi annexum amplexantur, contra pietatem, charitatē, & iureconsulti sententiam, dicentis: Non est ferendus is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem illi annexum renuit.

- 8 † Teneñ igitur episcopus subditorum curam gerere, quę, ut dixit Archi. in dicto c. qui episcopatum viñ. q. i. est uigil ac onerosa, & sollicita custodia animarum alicui commissa ut curet ne pereant, sed saluentur: quę competit ex lege, uel ex commissione superioris, aut cōsuetudine pręscriptione approbata: quonã igitur pacto episcopus absens à sua ecclesia prædicta adimplebit: quę si exequi nolebat episcopatum ambire non debuisset. ¶ Ideo dicebat Chrysostomus: Primatū ecclesię cōcupiscere, nec iustum est, nec utile. quis. n. sapiens uult ultro se subijcere seruituti & periculo tali, ut det rationē pro omni ecclesia: nisi forte qui nō timet Dei iudiciū, abutens primatu ecclesiastico seculariter: videlicet ut conuertat eum in secularem,
- 9

quod utiq; faciunt pleriq; episcopi nostri
temporis: utilitatem solum, et dignitatem
amplexantes, & quod in episcopatu prin-
cipaliter, & finaliter est considerandū ne-
gligētes, scilicet episcopalem operationē,
per quam utilitati proximorū intenditur,
ut inquit Tho. 2. 2. q. 185. artic. 1. ubi dixit,
10 † quòd in episcopatu tria considerari pos-
sunt, quorum unum est principale & fina-
le. s. episcopalis operatio, per quam saluti
proximorum intēditur, iuxta illud Ioan-
nis ca. ult. Pasce oves meas. Aliud autē est
altitudo gradus, quia episcopus sup alios
cōstituitor, iuxta illud Matthæi. 25. Fide-
lis seruus & prudens, quem cōstituit Do-
minus sup familiam suam. Tertiū, quod
in consequentiam se ad ista habet, scilicet
reuerentia, & honor, & sufficiētia tempo-
ralium, secundū illud. 1. ad Timoth. 5. qui
bene præsunt duplici honore digni habē-
tur, subdens, quòd episcopatum appetere
ratione circumstantium bonorū est mani-
feste illicitum, cum ad cupiditatem perti-
neat uel ambitionem: unde contra phari-
seos dixit Dominus Matth. 23. Amāt pri-
mos recubitus in cænis, & primas cathe-

De residentia episcoporum

dras in sinagogis, salutationes in foro, &
11 uocari ab hominibus rabi. † Appetere autem
episcopatum propter gradus celsitudinē,
præsumptuosum esse dicit, unde Domi-
nus discipulos arguit, Matth. xx. primatū
quærentes, dicens: Scitis quia principes
gentium dominantur eorum, ubi Chri-
stomus dicit, quòd per hoc ostendit Do-
minus, quòd gentile est primatum cupe-
re, & sic gentium cooperatione eorum
12 animam estuantem cōuertit. † Sed episco-
patum appetere ut p̄ximis profit est lau-
dabile, & uirtuosum: & secundum hoc ul-
timū intelligitur illud Pauli ad Timoth.
3. Qui episcopatum desiderat, bonū opus
desiderat, pro cuius dicti declaratione ui-
deatur Cardi. in. d. c. qui episcopatum, &
in c. sunt in ecclesia, & utrobique per Præ-
positum. 8. q. 1. ubi concludunt, quòd non
nisi ut quis alijs profit, licitum est episco-
patum desiderare: ex quo facile p̄cipi po-
test, quàm necessarium sit episcopo resi-
dere in sua ecclesia, & curam sibi cōmissi
gregis sustinere, ad quod etiam plura di-
cit Ambrosius in loco præallegato ad Ti-
moth. 3. Tomo eius. v.

- 1 Episcopi ex diuini iuris precepto, tenentur ad animarum curam.
- 2 Residentia in episcopis est de iure diuino.
- 3 Vicarii episcoporum non Pastores, sed mercenarii sunt.
- 4 Pascere oues sibi commissas, est episcoporum onus.
- 5 Episcopus qui Christi oues non pascit: Christum non amat.
- 6 Episcopo non residere uituperabile est.

Capitulum secundum.

- 1 **T**enenť episcopi ex diuini iuris precepto ad animarum curam, ut habetur per Tho. 2. 2. q. 185. art. v. & ibi Caietanus Cardi. sancti Xysti, qui hunc articulum plene examinat: concludēs, † q. cum episcopus iure diuino teneatur ad curam animarum, per consequēs eodem diuino iure residere, cum residentia necessaria sit ad curam gregis sibi commissi, datum est enim episcopo pascere Christi oues, dicēte Domino Pastori uniuersalis ecclesie. *Pasce oues meas, loā. c. ult. non autem di-*
- 2

De residentia Episcoporum

xit, Pascere fac, seu pascere facies, uel curabis ut pascantur oues meæ: sed pasce dixit Petro Dominus, ut ostenderet per se pascere oportere, non per alium mercenarium, ut passim faciunt episcopi non residentes, ecclesias suas regentes, & gubernantes per Vicarios seu pauperes episcopos titulares, † hi. n. nō Pastores, sed mercenarij sunt, de quibus loquitur Dominus Ioan. ca. x. dicens. Bonus pastor animam suā dat pro ouibus suis: † Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. ¶ Et ideo huiusmodi onus pascendi oues sibi commissas proprium est personæ episcoporum, qui, ut dicit Augustinus in lib. de Ciui. dei ad dilectionem proximi uidentur ordinari, cuius curæ superintendunt, de quo Thom. 2. 2. q. 184. artic. viij. Et idem Augustinus in quolib. dicit, quòd episcopi propria & præcipua cura esse debet circa custodiam gregis sibi commissi, † & qui Christi oues non pascit,

scit, Christum non amat. Hinc Dominus
 Simoni Petro dixit: Simon amas me: cui
 respondenti, quòd sic, dixit Dominus: Pa-
 sce oues meas. Cum autem de iure diui-
 no teneantur episcopi ad animarum cu-
 ram per se gerendam, & in necessariam
 consequentiam ad residendum, cum pa-
 scere oues Christi absens per se non pos-
 sit: & propterea dicebat Card. de Turre
 6 cremata in. c. puenit in prin. viij. q. i. † q. uí-
 tuperabile nimis est episcopo non reside-
 re, cum leuitatis & insolentiæ sit, propriæ
 ecclesiæ curam deserere, & per alia loca
 uagari, allegat illud eccles. 32. Rectorem
 te posuere curam illorum habe: ideo non
 excusabitur episcopus non residens legi-
 tima cessante causa. facit tex. in cap. Pon-
 tifices. viij. q. i. dicens, episcopos, qui domi-
 nici gregis curam suscipiunt atq; sollicitu-
 dinem, ab administratione eorū discedere
 non oportet, ut accepti talēti pulcritudo
 non deleatur, sed certamē eorum salubri-
 ter augeatur, & triplicetur fructus.

1. Ep̄i Apostolorum loco succedere:

2. Ecclesia appellat episcopos patres.

B

De residentia Episcoporum

- 3 Ep̄i habere debent uitæ sanctitatē.
- 4 Ep̄i habere debent curæ potestātē.
- 5 Ep̄i ecclesię utilitatē afferre debent.
- 6 Prælati mali sal infatuatum dicunt̄.
- 7 Boni prælati sunt sal.
- 8 Episcopus est totius propriæ ecclesiæ condimentum.
- 9 Episcopi dicuntur filij ecclesiæ.
- 10 Episcopus quare Patri cōparatur.
- 11 Episcopus non residens quomodo Patri comparabitur.
- 12 Episcopis p̄ propriam diocēsim uagari non licet.
- 13 Residere est deseruire.
- 14 Episcopus hospitium suum, lōge à sua ecclesia non habeat.
- 15 Ignorantia iuris, non præsumitur in episcopo.
- 16 Turpe est ep̄o canones ignorare.
- 17 Episcopus non residēs monitus, est expellendus.
- 18 Episcopus ad residendum moneri potest etiam a suis subditis.
- 19 Etiam laycus & lœmina intimare pōt ep̄o, ut ueniat ad residendū.

Capitulum tertium.

1 **S**Vccessere episcopi Apostolorum lo-
 co, ut habetur in c. uidentes. xij. q. i. &
 in c. In nouo. xxi. dis. & habetur in c. quo-
 rum. 68. dist. Notat Præpos. in c. Accusa-
 tio. 2. q. vij. & idem in c. Cor ep̄i. 68. dist.
 Hier. in epistola ad Marcellam aduersus
 Mōtanum, dicens, apud nos Apostolorū
 locum ep̄i tenent. Idem dixit glos. Nico-
 lai de lira super Ioan. 13. & Actu. Apost. i.
 Idem dixit Hiero. in epistola ad Euagriū
 Tomo epl̄arum. 2. Et Aug. cuius uerba
 habentur in dicto c. quorum. 68. dist. ex-
 ponens illa uerba Psalmi. 44. Pro patri-
 bus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos
 principes super omnem terram, memo-
 res erunt nominis tui Domine, dicit q̄ pa-
 tres missi sunt Apostoli: filij nati sunt &
 2 constituti ep̄i: subdens, q̄ ecclesia patres
 illos appellat, ipsos illa genuit, & consti-
 tuit in sedibus patrum. non ergo te putes
 desertā, quia non uides Petrum, quia non
 uides Paulum, quia non uides per quos
 nata es: de prole tua creauit tibi paterni-
 tas. Hæc sunt Aug. uerba in, d. c. quorum;

B ij

De residentia Episcoporum

3 † Et ex dictis uerbis psalmi prædicti.
44. Archi. Floren. in sua summa, parte. 3.
tit. xx. ca. i. Tria notat. Primum, quòd ep̄i
habere debent uitæ sanctitatē, ibi: pro pa-
4 tribus tuis nati sunt tibi filij. † Secundum,
quod habere debēt curæ potestatem, ibi:
• Constitues eos principes super omnē ter-
5 ram. † Tertium, quòd ecclesiæ episcopi
afferre debent utilitatē, ibi: memores erūt
nominis tui domine. Cum igit̄ A postolo-
rum filij sint ep̄i secundum Aug. sentē-
tiam, eorum opera & præcepta imitari te-
nentur, iuxta illud Saluatoris nostri: Si fi-
lij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, Ioā.
ca. viij. Et dicebat Hier. cuius uerba tran-
sumptiue habentur in c. non est. xl. distin:
Non est facile stare in loco Petri & Pauli,
& tenere cathedram regnantium cū Chri-
sto. Non sanctorum filij sunt, qui loca san-
ctorum tenent: sed qui eorum opera exer-
cent, Idem Hier. ad Heliodorum, de quo
habetur in c. non omnes. 2. q. viij Nō om-
nes ep̄i sunt ep̄i, scilicet meritò & re, atten-
de Petrum: sed Iudam considera, Stepha-
num suscipe: Nicolaum respice. Non fa-
cit ecclesiastica dignitas christianum.

Cornelius centurio adhuc ethnicus dono
 S. spiritus mundať, p̄sbyteros puer Da
 niel iudicat: Infatuatum sal ad nihilũ pro
 dest, nisi ut proñciat̄ foras, & à porcis con
 culcetur. pro quorum uerborum declara
 6 mat. †Cardi. S. Xysti in d. c. non omnes,
 ubi inter cætera dixit, quòd mali p̄lati
 sal infatuatũ dicũtur, allegat illud Marci,
 c. 9. si sal insulsum fuerit, in quo illud con
 ditis? et Luce. xiiij. si sal euauerit, in quo
 illud condietur? Nec in terra, nec in ster
 7 quilinio, sed foras mittendo. ¶ †Bonif. n.
 inquit p̄lati sunt sal: per quorum uitam
 & doctrinam salubriter subditi condiun
 tur, & p̄cauent à putrefactione pecca
 ti. Hinc Seruator Matth. v. Vos estis sal
 terre: subdens idem Card. quòd cum p̄
 lati euanescent, mala etiam uita & absq̄
 uera & bona doctrina: fiunt sal insulsum
 absq̄ sapore doctrinæ, & uitæ, ut dicant̄
 8 sal infatuatum. Et dicit Hier. in dialogo
 Orthodoxi & Luciferiani, q̄ sicut sal om
 nem cibum condit, nec est aliquid per se
 tam suaue, quod absq̄ eo gustum demul
 ceat: ita mundi totius, & propriæ ecclesię

B iij

De residentia Episcoporum

condimentū est episcopus, qui si infatuatus fuerit, siue per negationē, siue per hæresim, siue per libidinem, & per uniuersa peccata, à quo alio poterit condiri, cum ipse fuerit omnium cōdimentū? Et Ambro. in libr. de dignitate Sacerdotali, c. vi: ad Episcopū loquens, inquit: Si enim meruisti salis possidere saporem, ut insipientiū possis arua condire, cur infatuatus tali uicio immundis te porcorum conculcandum pedibus præbuidisti, ita ut nec alios, nec te ipsum possis condire? Hi profectò erunt ep̄i non residentes, legitima causa cessante, Euanuit namq; eorum sal, cum quæ ep̄i propria & substantialia sunt adimplere renuant, uidelicet curam sibi cōmissi gregis gerere, propriæ, ac subditorū immemores salutis. Quō ergo Apostolorum loco successisse tales dicemus Episcopos? Quomodo eos Apostolorum filios nuncupabimus, non residentes? si Apostolorū uitam, moresq; non imitent? † Dicuntur ep̄i filij Ecclesiæ p̄ regenerationē baptismatis, & exhibitionem aliorum sacramentorū, ac per electionem, & institutionem, & Ecclesia eos Patres appellat, c.

quorum uices. 68. dist. quia cum Apосто-
 lorum loco successerint, propter eorū pre-
 dicationes & ministerium, homines con-
 uertuntur, pullulat, & crescit Ecclesia: ut
 inquit Præposi. in. d. c. quorum, et ibidem
 10 glos. in uerbo, Illos dixit, † q̄ Episcopus
 ideo patri comparatur, & Ecclesia filio,
 quia sicuti filius sine patris auctoritate li-
 tigare non potest L. ult. C. de bon. que. li-
 ber. sic ecclesia sine auctoritate sui prelati,
 ut habetur in. c. causam, & in. c. monachi.
 xvi. q. 1. & quibus alijs de causis episcopus
 dicatur ecclesiæ filius & pater, uide per
 Card. in dicto c. quorum uices, qui tripli-
 citer episcopi personam considerat, & be-
 11 ne declarat. † ¶ Si ergo episcopus pater di-
 citur ecclesiæ, quomodo episcopum non
 residentem ecclesiæ, patrem esse dicemus?
 si ecclesiam suam dereliquerit, & illius cur-
 ram neglexerit, ad quam iure etiã diuino
 tenet ex debito sui pastoralis officij: iam
 non amplius ecclesiæ pater erit, sed uiri-
 tus appellandus. Et si Ap̄torum loco suc-
 cesserunt ep̄i, cur Apostoli uerba non se-
 quuntur, dicentis. 13. c. ad Roma: Reddi-
 te ergo omnibus debita, cui tributum, tri-

B iij

De residentia Episcoporum

butum: cui uectigal, uectigal: cui timorē,
timorem: cui honorem, honorem: nemi-
ni quicquā debeatis. Norunt ep̄i se in suis
teneri reuidere ecclesijs, ac illas instruere,
prudēter ministrare, ac monere: ut à uitijs
caueat, & abstineat populus. viij. q. i. c. si-
cut, uerli. ep̄m, & in eorū Ecclesijs diebus
festiuis in diuinis interesse, de cons. dist. 3.
c. ep̄s, quomodo hisce debitis ep̄i non resi-
dentes satisfaciēt: si contra sacrorum ca-
nonum statuta, ac diuini iuris præcepta
proprijs ecclesijs derelictas habentes per
12 alienas uagētur dioeceses: non ignari, t̄q̄
non solum id sibi uetitum est, uerum etiā
per propriam dioecelīm eisdem uagari
nō sit permissum, nisi uisitationis gratia,
viij. q. i. ca. placuit, & fuit decretum quinti
Carthaginensis Concilij. & Grego. papa
ut haberetur in. ca. peruenit. viij. q. i. manda-
uit Anthemio diacono, q̄ Pigmeniū Al-
phicanæ ciuitatis ep̄m in ecclesia sua non
residentem, sed uagantem moneret, ut in
sua resideret ecclesia, q̄ si id facere moni-
tus recusaret, illum in monasterium depo-
neret, & ipsi Gregorio significaret: & ibi-
dem dicit Card. quòd uituperabile nimis

est ep̄o non residere in sua ecclesia, & le-
 uitatis & insolentiæ esse, propriæ ecclesiæ
 curam deserere, & per aliena loca uagari
 contra illud eccles. 22. Rectorem te posue-
 runt, curam illorum habe. Residere. n. est
 13 deseruire, ut not. in. c. conquerente, de cle-
 ri. non residen. & habetur per Card. in d.
 c. peruenit, parum nãq̄ esset residere, nisi
 residens curã suã ecclesiæ haberet, in qua
 personatum tenet, c. quia nonnulli, de cle-
 ri. non resident. & notat Goffred. in sum-
 ma eiusdem tituli in princ. & Cardi. in d.
 c. puenit. Hinc sancitum est ne episcopus
 hospitium suum longe ab eius ecclesia ha-
 14 beat. 41. dist. c. ep̄s, † & si absens fuerit per
 sex mēses sine legitima causa, & monitus
 nō reuertatur in monasterio detrudatur
 d. c. peruenit, & ibi glo. & docto. & in. c. si
 quis, ead. vij. q. i. habetur, quòd si ep̄s sal-
 tē in festiuitatibus Natalis Domini, Epi-
 phaniæ, & Pentecostes in sua non resede-
 rit ecclesia, à cōmunionem per Triennium
 suspenditur: nec excusatur prætextu iuris
 ignorantia, ut uoluit Innoc. in. c. constitu-
 15 tus, de appella. † Nam in ep̄o ignorantia
 iuris non præsumitur, c. cū sis, & ibi Car-

De residentia Episcoporum

- di. Zabarella in princ. in. 1. not. extra, de conuer. coniug. & c. cū in cunctis, de elec.
- 16 † Turpe enim esset ep̄o canones ignorare, c. uel non est extra de tempor. ordinā. cum illos scire debeat, c. statuimus. 61. dist. ubi not. per Cardī. S. Xysti, facit tex. in. c. nulli. 38. dist. & c. omnes, ead. dist. De iure autem ciuili, episcopus si ultra annum sine legitima causa absens steterit, ab eius ecclesiæ iconomo illi administrari expen
- 17 se nō debēt. † Immo si absens fuerit, & monitus per literas suorum sacerdotum non redierit intra tempora à iure statuta ab episcopatu est expellēdus, & alius eo melior in episcopatu ordinari conuenit, ut est tex. in auc. de sanct. ep̄is. colat. ix. in. §. interdiciamus, ad idem tex. in. §. Illud etiā
- 18 in auc. quō oportet ep̄isc. ¶ Et moneri poterit episcopus etiam à suis subditis, ut ad residendū redeat in sua ecclesia, ut in præ-
- 19 allegato c. puenit, vii. q. 1. † Quinimo hāc intimationē poterit episcopo facere etiā laycus, ut dicit glo. in d. c. peruenit, in uerbo Deputare, & non solum masculus, sed etiam foemina, ut uoluit præallegata glo. Episcopo tamen non redeunte ad residē-

dum in sua ecclesia, nō potest procedi ad electionem alterius episcopi eius loco sine auctoritate illius, qui ad hoc iurisdictionem habet, ut declarat Præposi. in d. c. peruenit, dicens: Ita procedere, quod habetur in c. qualiter, de cleri. non resident. Cum inferior in superiorem iurisdictionem non habeat, c. cum inferior, de maio. & obedient. c. inferior. xxi. distinc. & hoc etiā tenent Innoc. Host. et Ioā. and. in d. c. qualiter, quos refert, & sequitur Card. S. Xysti in d. c. peruenit. vii. q. i.

- 1 Episcopus dicitur caput cleri.
- 2 Episcopus dicitur caput suæ ecclesiæ.
- 3 Mēbra languescunt capite semoto.
- 4 Exercitus fortissimi sine capite ruunt.
- 5 Petitio exēptionis p̄ quam mēbra à capite separantur, nō est signanda.
- 6 Caput est pretiosius cæteris mēbris.
- 7 Vulnus capitis mortale censetur.
- 8 Locus dicitur religiosus, ubi caput est sepultum.
- 9 Sanctorum festa ibi celebrantur, ubi eorum capita reperiuntur.

De residentia Episcoporum

Capitulum quartum.

1. **D**icitur Episcopus caput cleri, sicuti Potestas dicitur caput laycorum, ut inquit Bart. in. L. nulli ff. quòd cuiuscūq; uniuers. nomine. Dicitur & caput suæ diocesis, cuius membra subditi dicuntur, ut not. in c. cum non liceat, de præscrip. ubi Abb. in. 1. not. & habetur per Bertachi. in præludijs sui tract. de Episcopo col. 2. in fi.
2. **D**icitur & caput suæ ecclesiæ non interiorius influendo, sed exteriorius gubernando eam, sicut caput naturale dirigit per sensus in eo abundantes, cætera eiusdem corporis membra, ut inquit Card. S. Xysti. viij. q. 1. in c. non autem, col. 1. uersic. Ad primum, & in quantum est episcopus caput suæ ecclesiæ, providere debet, & sollicitus esse, ut pax & unitas seruetur inter suos subditos, de qua sollicitudine dicitur ad Ephe. 3. solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, Card. in cap. 1. 2. col. lū. uers. viij. Episcopus. 84. dist. Quomodo ergo episcopo in sua ecclesia non residente, spiritualibusq; relictis operibus, & negocijs secularibus forsan incumbente

3 stabit clerus, ecclesia, & dioecesis sine ca-
 pite: † Languescunt etenim membra, &
 putrida fiunt capite semoto. Vnde Gre-
 gorius in suo pastorali, c. 18. de episcopis
 loquens, qui spiritualibus operibus reli-
 ctis ad secularia se conuertunt, prout non
 residentes episcopi sæpe faciunt, inquit:
 Voluptatem nanq̄ censent, si actionibus
 deprimuntur: laborem reputant, si in ter-
 renis negotijs non laborant: sicq̄ fit ut dū
 seurgeri mundanis tumultibus gaudent,
 interna, quæ docere alios debuerāt, igno-
 rent: unde subditorum quoq̄ uita torpe-
 scit, quia cum proficere spiritualiter appe-
 tit in exemplo eius, qui sibi Prælatus est,
 4 quasi in obstaculo itineris offendit: tan-
 guente enim capite membra in cassum ui-
 gent. Videmus & fortissimos exercitus
 plerunq̄ cum sine capite sunt ruere, & fa-
 cillime dissipari. Hinc dicebat Gregorius
 in dicto suo pastorali, eod. 18. ca. quòd in
 exploratione hostium frustra exercitus se-
 quitur si ab ipso duce itineris errat: quan-
 to magis id fiet, quando duce, & sic capi-
 5 te carebit: † ¶ Et adeo caput necessarium
 est, & illi membra respondere tenentur,

De residentia Episcoporum

- quòd dicebat Roman. in cons. 37. quòd
petitio exemptionis superiori facta, per
quam membra à capite separentur, non
est signanda, seu concedenda. Hinc sanc-
tum est, quòd subditus contra prælatum
obedientiam non præscribit, c. cum nō li-
ceat, & ibi doct. de præscri. ubi not. Abb.
- 6 in. i. not. † quòd caput cæteris membris est
præciosius, & nobilius: & de capitis excel-
lencia uideatur Bald. in. ca. i. .§. ad hæc de
- 7 pac. iuramen. firmã. in usib. pheudor. † Et
aliàs dicitur, quòd uulnus capitis morta-
le censetur c. significasti, el. 2. de homic. Et
caput principale hominis membrum est,
L. cum in diuersis, & ibi Bart. ff. de relig.
& sumpt. funer. Et propterea dicit tex. i.
q. i. in c. Illi conferunt, in fine, quòd ampu-
tato capite frustra iactat quis habere reli-
qua membra. ¶ Et ubi solum caput est se-
pultum, & non ubi reliqua membra, † lo-
cus religiosus dicitur d. l. cum in diuersis,
& L. ossa. ff. de de relig. & sumpt. funer.
- 9 † ¶ Et sanctorum festa ibi celebrãda sunt,
ubi illorum capita reperiuntur. Et ubi est
papa, qui Vniuersalis ecclesiæ caput est,
ibi intelligitur esse tota ecclesia, ut dixit

Bald. in d. l. cum in diuersis, quod capite dolente cætera membra languent. v. q. i. c. Verum: Nec quis esse potest sine capite, nam acephalus esset, tex. cum glo. in c. nulla ratione 93. dist. Quoniam igitur pacto, clerus, dioecelis, & ecclesia se habere poterint episcopo suo capite absente? Cōsiderent quæso, considerent episcopi contra quos Chrysost. homel. 86. ex cap. Matth. 26. in. 2 Tomo ait, Cunctis oporteat ipsos animarum habere curam nostrarum, hoc prætermisso illi sollicitè curant, quæ publicanis, quæstoribus, atq; uillicis curanda sunt, de his quotidiana cogitant, & peruigilant, subdens: hoc non frustra deploro, sed ut & harum rerum mutatio quædam in melius fiat.

1 Episcopus dicitur Vicarius Dei.

2 Episcopus non residens, quomodo Christi Vicarius erit?

3 Episcopi dicuntur Vicarij Christi, quia Apostolorum loco successere.

De residentia Episcoporum

Capitulum quintum.

- I** Dicitur Episcopus Vicarius Dei in terris. 33. q. v. c. cum caput, c. unico §. ad exhibendum, de sacr. unct. quod verum est in sua diocœceli tantū, & sic est particularis Dei Vicarius. Papa autem est uniuersalis Dei Vicarius, in toto orbe terrarum, ut not. Hostiē. in summa, in tit. de off. Legat. in §. q̄ pertineat, uers. in summa, & Alberic. in rub. C. de episc. & cler. & habet in c. ad honorem, de auc. & usu. pal. & in c. decreto. 2. q. viij. ad idem text. 34. q. v. c. Adam, & c. mulier, ubi not. Cardin. in fine. † ¶ Quomodo Dei Vicarius erit episcopus non residēs, si Christi oues deserat: & illarum curam sibi diuino iure demandatam, negligat: dicente Domino, qui diligit oues meas, me diligit. Ideo dicebat Chrysostomus in oratione de beato Philogenio Tomo. 3. de Episcopo loquens. Vide igitur quā multa propter hunc gregem passus sit Christus, Homo factus est: serui formam assumpsit, consputus est, a lapis cæsus est, postremò ne mortem quidē recusauit, & ignominiosissimam

lissimam, quin & ipsum sanguinem effu-
 dit, itaq; si quis uoluerit illi commenda-
 tus esse, curam habeat ouium illius, publi-
 cam quærat utilitatem, fratrum suorum
 saluti prospiciat, nullum enim officiũ hoc
 Deo charius est. hæc sunt Chrysostomi uer-
 ba, ex quibus facile norit episcopus, nõ re-
 sidens, iusta cessante causa, quàm perni-
 tiosam rem agat propriæ salutis, non resi-
 dendo in sua ecclesia. Quid enim homini
 prodest si totum mundum lucretur, ani-
 mæ uero suæ detrimẽtum patiatur? ut ha-
 betur Marci c. viij. Quomodo igitur Chri-
 sti Vicarius dicetur episcopus non resi-
 dens, cum Christi, cuius uices gerit, actio-
 nes non imitetur? & illius dogmata ad-
 implere recuset? gregem uidelicet suum
 regere, & illius curam habere? Scriptum
 est enim Actu. Apostolorum, c. xx. At-
 tendite uobis, & uniuerso gregi, in quo
 uos Spiritus sanctus posuit episcopos re-
 gere ecclesiam Dei, quam acquisiuit san-
 guine suo. † ¶ Vicarij Dei dicuntur Epi-
 scopi, quia Apostolorum loco succedere.
 Ideo dicitur, q; qui eos & eorum uerba re-
 cipit, Deum recipit; qui autem eos spre-

C

De residentia Episcoporum

uerit, eum, à quo missi sunt, spernit: & ipse indubitanter spernetur à Domino, ut habetur in c. in nouo. xxi. distin. hæc residentibus episcopis & curam sibi cõmissi gregis gerentibus conueniunt, hi enim Domini mandata adimplent, & Dei Vicarij meritò nuncupandi sunt.

- 1 Ep̄s nuncupaẽ legatus Christi.
- 2 Episcopus non sustinens curã suarum ouium Christi legatus non dicetur.
- 3 Episcopus ignorans christianæ fidei doctrinam, Christum ignorare dicitur.
- 4 Episcopus, iusta cessante causa, non residens, diceẽ antichristi legatus.

Capitulum sextum.

I Nuncupaẽ episcopus legatus Christi & spiritalis pater, Clemen: Si quis de Pen. not. Præposit. in cap. in nouo in princip. xxi. distinct. & in cap. Sicut uir. vii. q. i. ubi Cardin. Turre cremat. in fine dicens, quòd Episcopi legati Christi

sunt, in quorum persona dicitur. 2. ad Co-
 rint. 5. Pro Christo legatione fungimur.
 Idem dixit Speculat. in tit. de legat. §. 1.
 ubi inquit, quod episcopi Christi legatio-
 ne funguntur: unde qui eos persequitur,
 Christum persequi dicitur: allegat. vii. q.
 1. cap. omnis qui. Idem dixit Barbat. in
 tract. suo de præstant. Cardina. q. 1. primæ
 partis numero. 18. & nume. 49. Quomo-
 do igitur dicemus Christi legatione fun-
 gi episcopum non residentem, & curam
 sibi commissi gregis negligentem? Chri-
 sti enim mandata renuit adimplere, qui
 Ioan. ca. ult. Petro dixit, Pasce oves meas,
 & ut nos saluos faceret non recusauit mo-
 ri, gregem suum suo precioso sanguine re-
 dimēs. † Num igitur episcopus Dominici
 gregis curam sustinere renuens Christi le-
 gatus dicitur? cum illius actiones nō imi-
 tetur, quæ nostræ sunt instructiones, sed
 illius gregē, cuius curam assumpsit, aber-
 rare permittat, quem docere tenet, Chri-
 stianæ fidei doctrinam. 25. dist. c. audire,
 86. distin. c. cum multa, & si sciat & illam
 docere nolit, non est consecrādus. 36. dist.
 c. omnes ad finem. † Si uero illā ignoret,

C ij

De residentia Episcoporum

Christum ignorare dicitur. 38. distinc. c. si iuxta, & Chrysostomus in lib. de sacerdotio dicebat, quod oportet episcopum in singulos dies sementem facere, ut ipsa saltem assuetudine doctrinae sermonem auditorum animi retinere possint: & Aug. in homelia de Pastoribus, de episcopo loquens, inquit: Cum ergo Præpositi sint, ad hoc, ut his, qui subiecti sunt consulant, non in eo, quod præsumunt omnino utilitatem suam attendant: sed eorum quibus ministrant. Quisquis ita præpositus est ut in eo, quod præpositus sit gaudeat, & honorem suum quærat, & commoda sua sola respiciat: se pascit non oves. † Episcopus igitur in sua ecclesia, iusta cessante causa, non residens, non amplius Christi servatoris nostri legatus dicetur, sed Antichristi.

1 Episcopi, quare arietes dicantur.

2 Episcopi uita irreprehensibilis esse debet

3 Pastores, quando dicantur limpidissimam aquam bibere.

4 Caput subditorum sunt omnes qui præsumunt.

5 Nemo plus nocet in ecclesia Dei quam

malus prælatus.

6 Peccatū prælati est infirmitas capitis.

7 Peccatum prælati est error pastoris,
qui toti gregi nocet.

8 Peccatū prælati est error magistri.

9 Error prælati, est error medici.

Capitulum septimum.

1 **D**icuntur episcopi Arietes, quia per
eorum exempla gradientes popu-
lum quasi subsequentes ouium greges tra-
hunt, ut dixit Archiep. Florē. in sua sum-
ma parte. 3. tit. xxxi. c. x. §. 2. subdēs, quòd
episcopi sunt Arietes spūales, patres eccle-
siarum & duces gregum. ad idem text. in
2 c. sciscitaris. 7. q. 1. † Ideo Episcopi uita ir-
reprehensibilis esse debet, ut dixit Apo-
stolus ad Timoth. i. cap. 3. ubi dixit, quod
oportet Episcopum irreprehensibilē esse,
unius uxoris uirum, sobrium, prudētem,
ornatum, pudicum, hospitalem, doctorē,
non uinolentum, non percussorem: sed
modestū, non litigiosum, non cupidū: sed
suæ domui bene disponentem: filios ha-
bētem subditos, cum omni castitate, sub-

C iij

De residentia Episcoporum

dens : oportet autem illum & testimonium habere bonum, ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli: nec debet contraria his, quæ prædicat facere: siquidem eorum vita ut speculum subditis est. Ideo Gregorius in suo pastoralis in. i. parte. cap. 2. episcopos arguens dicebat: Sunt nonnulli, qui solerti cura præcepta perscrutantur, sed quæ intelligendo penetrant, uiuendo conculcāt: repente docent quæ nō ope, sed meditatione didicerunt: & quod uerbis prædicant, moribus impugnant, Vnde fit ut cum pastor per abrupta graditur, ad precipitium grex sequatur Subdens: Hinc namque Dominus per Prophetam contra contemptibilem pastorem scientiam quæritur, dicens: Cum ipsi limpidissimam aquam biberitis, reliquam pedibus uestris turbabatis, & oues meæ quæ conculcatæ pedibus uestris fuerant pascebantur, & quæ pedes uestri turbauerant, hæc bibebant: dicens idem Gregorius, 3 † quod Pastores aquam limpidissimam bibunt, cum fluentia ueritatis rectè intelligentes hauriunt: sed eandem aquam pe-

dibus turbare est, sanctæ meditationis studia male uiuendo corrumpere: quam eorum pedibus turbatam oues bibunt, cum subiecti non sectentur uerba, quæ audiunt: sed sola quæ conspiciunt exempla prauitatis imitentur. Subdens, quòd qui ad sanctitatis speciem deductus uel uerbo cæteros destruit, uel exemplo: melius fuisset ut hunc ad mortem sub exteriori actu terrena acta constringerent, quàm sacra officia in culpa cæteris imitabilem demonstrarent. Et idem Gregorius in dicto suo pastoralis cap. 3. Episcopum admonet, ne temere sacra regimina uiribus impar adeat, ne per concupiscentiam culminis ducatum suscipiat perditionis: Et idem Gregorius in eodem suo pastoral. cap. ix. in prima parte de Episcopo loquens, inquit: Cum regimen suscipit attendat ne per exemplum prauis operis, phariseorum more ad ingressum regni tendentibus, obstaculum fiat: quia iuxta Magistri uocem, nec ipsi intrant: nec alios intrare permittunt. Subdens, quòd considerare debet Episcopus, quòd cum causam populi electus suscipit, quasi

C iij

De residentia Episcoporum

ad ægrum medicus accedit, inquit: Si ergo adhuc in eius corpore passiones uiuunt, qua præsumptione percusso medici properat, qui in facie uulnus portat? & in ca. xij. eiusdem operis dicebat idem Gregorius, quòd tantum debet actionem populi, actio transcendere episcopi: quantum distare solet à grege, uita pastoris. Et idem cap. loco præallegato, inquit: Sit rector operatione præcipuus, ut uitæ uiam subditis bene uiuendo denuntiet: et grex, qui pastoris uocem moresq; percipit, per exempla, melius quàm per uerba, gradiatur, subdens inferius: illa nanq; uox libentius auditoris cor penetrat: quam dicentis uita comendat, qui quod loquendo imperat: ostendendo adiuuat ut fiat, & idem 4 cap. xvij. eo. lib. dicit, † Caput nãq; subditorum, sunt omnes, qui præsumunt, & ut recta pedes ualeant itinera carpere: hoc procul dubio debet caput ex alto prouidere, ne à prouectu sui, in itinere pedes torpeant: cum curuata rectitudine corporis, caput sese ad terram declinat, subdens: Sic itaq; Pastores erga interiora studia subditorum suorum ferueant: quatenus in eis

exterioris uitæ quoque prouidentiam non
 relinquunt, nam quasi iure à percipienda
 prædicatione gregis animus frangitur: si
 cura exterioris subsidij, à pastore negligatur.
 Et magnus est in populo error cum
 episcopus errat, qui alios docere & corri-
 gere debet, ut dicebat Hiero. in Dialogo
 Luceferiani & Orthodoxi, qui habet in
 2. Tomo epistolarum eiusdem. Inde dicitur
 5 † quòd nemo plus nocet in ecclesia Dei,
 quàm malus prælatus, ut inquit Gregor.
 in præallegato Pastoralis suo in prima par-
 te, ca. 2. ubi de hoc duæ assignantur ratio-
 nes, Prima: quia nullus audet eum redar-
 guere, propter ordinis & dignitatis excel-
 lentiam & reuerentiã, Secunda: quia alij
 ab eo exemplum sumunt delinquendi. Et
 ad probandam præmissam conclusionem,
 uidelicet, quòd nemo plus nocet in eccle-
 sia Dei, quàm malus prælatus, Cardi. S.
 Xysti in c. nemo. 83. distin. quattuor assi-
 6 gnat rationes, Primam: nam peccatum
 prælati est infirmitas capitis: quæ plus no-
 cet toto corpori, quàm infirmitas cuiuscumque
 particularis membri, cum capite languente
 cætera corporis membra inficiantur,

De residentia Episcoporum

- vi. q. i. c. uerū, & c. ex merito, facit ad hoc illud Poetae, dum caput aegrotat, cætera membra dolent, † Secundam rōnem esse dicit, quia prælati peccatum est error pastoris: qui toti gregi est periculosus. ait. n. Gregor. in registro: Languente Pastore, grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur. vii. q. i. c. quàmuis. † Tertiam adducit rationē: quia peccatum prælati est error magistri & doctoris: cuius uitium & errores, facillime discipuli sequuntur. Hinc est quod illius error ualde periculosus est secundū Greg. & habet in. c. precipue. xi. q. 3. ubi dicit: quod scire debent prælati tot mortibus se dignos esse, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.
- † Quartam rōnem inquit esse: quia error prælati, est error medici, qui dum deberet uitæ medicamē exhibere subditis: mortis exhibet exēpla. Ideo subditorum errata prælato imputantur. i. q. i. c. quicquid. Et ideo dicebat Leo papa, ut habetur in. c. miramur. 61. dist. quod integritas præsidentium, salus est subditorum. Quot autē modis malus prælatus nocere dicatur: uidendus est Card. in præalleg. c. nemo. 83. dist.

- 1 Baculus episcopi quid significat.
- 2 Episcopus dicitur Pastor Domini-
ci gregis.
- 3 Episcopi residentes boni, non resi-
dentes mali dicuntur Pastores.
- 4 Episcopi non residētes semetipsos,
non gregem pascunt.
- 5 Pastor non excusat si lupus ouē co-
medit, & ipse dicat hoc nescire.
- 6 Ep̄s tenetur Deo rationē reddere
pro animabus male custoditis.
- 7 Curuitas baculi Episcopalis, quid
significet.
- 8 Baculus ep̄i designat curā gregis.
- 9 Episcopus propter aliquam perse-
cutionem, non potest gregem suū
derelinquere.

Capitulum octauum.

1 **A** Signatus est episcopo baculus, per quem significatur custodia, quam ut Pastor habere debet de grege sibi com-
misso, ut dixit Archidiaconus in c. disciplina.
45. distinc. Sunt enim episcopi positi ad
aliorum custodiam & curam, cap. cum

De residentia Episcoporum

in cunctis, in princ. de elect. ideo sunt custodes subditorum suorum, sicut Pastores ouium suarum, de quibus Aug. super illis uerbis Psalmi. Qui habitat, Angelis suis mandauit de te ut custodiant &c. dicit, q̄ episcopis ideo altior locus positus est, ut ipsi superintendant: & populum custodiāt. † Hinc dicitur episcopus Pastor Domini gregis, de quo Eccles. ca. xviij. Qui misericordiam habet, docet & credit, sicut Pastor, gregē suum. & Esaiaē. xl. dicit, sicut Pastor gregem suū pascet. Vnde episcopis dicitur. Act. xx. Attendite uobis et uniuerso gregi, in quo posuit uos Spiritus sanctus regere ecclesiam Dei. & i. Petri, ca. v. dicitur, Pascite eum qui in uobis est gregem. et dicebat Hieron. super illud ad Ephes. 4. Qui non ædificat ecclesiam Christi, nec plebem sibi subiectam instruit, ut de subiecto populo ecclesia Christi construat: nec Apostolus, nec Propheeta, nec Euangelista, nec Pastor, nec Magister est appellandus. † Et sicuti Episcopi in eorum residentes ecclesiis, & curam sibi commissi gregis gerētes, boni dicuntur Pastores: ita non residentes, mali Pa-

stores appellandi sunt, de quibus Hiero.
loco præallegato ad Ephes. 4. sic loquitur.
Nonne uidentur uobis falsi esse Pastores,
qui non pascunt oues, cum disciplina: sed
quasi mercenarii, nequaquam gregis sa-
lutem cogitant: quæ errauit non conuertentes,
quod perijt non quærentes: sed tantummodo
de ouibus lac & lanam, cibum
4 uidelicet & uestimenta capientes: Non re-
sidentes episcopi semetipsos non gregem sibi
commissum pascunt, de quibus Ezechiel
cap: 34. dicitur, Væh pastoribus Israel
qui pascebant semetipsos, Nonne greges
pascuntur à Pastoribus: Et inferius ibi-
dē dicitur, Lac comedebatis & lanis ope-
riebamini: gregem autem meum non pa-
scebatis, Quod infirmum fuit, non solida-
stis: quod ægrotum, non sanastis: quod
fractum, non alligastis: & quod errabat
non reduxistis: quod perierat, non quæsi-
stis: & dispersæ sunt oues meæ, ex eo quod
non esset Pastor, Et dixit Dominus: Ecce
ego ipse requiram super Pastores gregem
5 meum, et de manu eorum. Nec excusatur
Pastor si lupo oues comedit, & ipse dica-
tur id nescire c. quamuis, extra de regul.

De residentia Episcoporum

fur. Et ibi glo. in uerbo Pastor, dixit q̄ Pa-
stor seu Prælatus inquirere & corrigere
debet subditorum excessus, aliàs sanguis
eorum de prælatorum manibus require-
tur c. Irrefragabili, de offi. ordin. i. respon.
c. ult. de regul. & c. cum ad monasterium
·§·ulti. de stat. regular. & de accusatio. c.
qualiter & quando ·§·penult. & glo. in c.
nili cum pridem ·§·uerum in glo. in uerbo
6 defigendo, de renuncia. quæ dixit, quòd
episcopus tenetur reddere rationem Deo
pro animabus sibi commissis si male cu-
stodierit oues suas.

Archiepiscopus Floren. in. 3. parte suæ sum-
7 mæ tit. xx. c. 2. §. 9. † dicit q̄ baculus Pastro-
ralis episcopi designat, quæ ad Pastoris
officium spectant. Nam curuitas, quæ est
in capite baculi significat, quòd ep̄s debet
uagos colligere: Per stipitis rectitudinem
significatur, quòd infirmos sustētare de-
beat: Per stimulum, qui est in pede ipsius
baculi significatur, quòd episcopus debet
pungere & sollicitare lentos & pigros:
Glos. autē ordinaria in c. i. Pauli ad Tit.
dicit, quòd baculus episcopi ab inferiori
pungit, & in summo ad exteriora exten-

ditur in se rediens, quia episcopus gladio
 uerbi pungere debet, id est aspere redar-
 guere peccantes: quòd est ex inferiori na-
 tura, et correctos in anteriora dirigere: ita
 tamen ad propriam conscientiam sui re-
 deat consideratione, si forte in se habeat,
 8 quæ alijs annuntiat. † ¶ Vnum est quòd
 huiusmodi baculus substantialiter desi-
 gnat curam, quam de suo grege habere
 debet episcopus, qui a deo huiusmodi cu-
 9 ræ obnoxius est, † quòd propter aliquam
 persecutionem non potest gregem suum
 deserere c. sciscitaris. vii. q. i. facit illud Ioã.
 x. ubi habetur quod ille est mercenarius,
 non uerus Pastor, qui lupum uenientem
 uidet, & dimittit oues & fugit. Et quàm-
 uis contrariare uideatur quod dixit Do-
 minus Apostolis, quorum loco ut su-
 pra uidimus episcopi successere, dicitur
 enim Matth. x. si uos persecuti fuerint in
 una ciuitate in aliam fugite. Tamen cir-
 ca hoc Thomas. 2.2. q. 185. artic. 4. di-
 cit quòd episcopi obligant se ad exequen-
 dum pastorale officium propter subdi-
 torum salutē. Ideo ubi subditorum salus
 exigat presentiam Pastoris; eo casu Pastor

De residentia Episcoporum

gregem suum personaliter deserere non debet, nec propter aliquod temporale commodum, nec minus propter aliquod personale periculum: cum bonus Pastor animam suam ponere debeat pro ouibus suis. Quando uero subditorum salutem provide re posset per alium, tunc Pastori, & sic Episcopo licet propter aliquod ecclesiae commodum uel personae suae periculum, gregem suum deserere. Et propterea Augustinus in epistola ad Honoratum dicebat, fugiant de ciuitate in ciuitatem serui Christi, quando eorum quisque a persecutoribus specialiter queritur, ut ab alijs qui non ita quaeruntur, non deseratur ecclesia. Hunc tamen articulum utrum & quando liceat episcopo per aliquam persecutionem suam relinquere ecclesiam, & ab ea se absentare, late examinat Thomas d. parte. 2. 2. q. 185. artic. 4. Et ibidem Caietanus Cardi. Nicolaus de lira supra Matth. x. Ioan. de Turre crema. Cardi. S. Xysti in. d. c. sciscitaris. viij. q. i. quorum dicta nunc omittam referre, quia de hoc latius dicetur infra in illa quaestione, an licitum sit episcopo ex causa non residere, de qua infra cap. xvij. Et utinam

Et utinam tota difficultas in hoc consisteret. Tot enim morbosæ oves non reperiuntur, si episcopi in eorum residerent ecclesiis, & curam commissi sibi gregis, ut tenentur, haberent: & tantummodo quaerendum esset, Vtrum legitima eos causa à residentia excusaret.

- 1 Mitra quam gerit episcopus, quid significet.
 - 2 Appendentia mitræ quid designent.
 - 3 Nil est difficilius & periculosius, quàm episcopi uita.
 - 4 Deus episcopos suo reseruauit iudicio.
 - 5 Malus prælatus coruo æquiparatur.
 - 6 Episcopus non est Dominus, sed dispensator fructuum sui episcopatus.
 - 7 Episcopus gregem suum renuens pascere, pastorem suum conuincitur non amare.
- Episcopus surripiens quod pauperibus est dandum, omnium prædonum superat crudelitatem.
- 8 Episcopi, pauperes adiuuare debent protegere & subleuare.
 - 9 Episcopus retinens aliquid de eo quod

D

De residentia Episcoporum

est pauperibus erogandum, mortaliter peccat.

10 Res Ecclesiæ, quibus casibus licite alienentur.

Capitulum nonum.

Mitram gerit episcopus bipartito cornu, quæ significat utriusque testamenti ueteris & noui disciplinam, quæ in episcopo esse debet, ut dixit Archid. in cap. disciplina in fine. 45. distinc. & habetur per Archiep. Florent. in sua summa parte. 3. tit. xx. c. 2. §. 9. Ioan. de Turcremat. Cardin. & Præposit. in dicto c. 2 disciplina, in fine. † ¶ Appendentia autem mitræ, duo significare possunt, ut inquit idem Archiep. uidelicet expositiones doctorum, quæ sunt secundum duplicem sensum, uidelicet literalem & spirituales. Ideo talis scientia esse debet in episcopo, ut sibi subiectos recte regere & gubernare habeat, ne à uera christiana religione aberrant, ut castè & honeste uiuant, à malo caueant, præsertim ab hæresum labe, & si forte ceciderint, resurgant.

eius admonitionibus correctionibusq̃.
 Oportet igitur episcopum importune &
 sine intermissiōe ecclesiam docere, eamq̃
 prudenter regere & gubernare, ut à uitijis
 se abstineat: ad hoc ut salutem consequi
 possit æternam. Ecclesia autem cum sum-
 ma reuerentia, sui episcopi doctrinam su-
 scipere debet, illumq̃ amare, ac uti Dei
 Legatum & ueritatis præconem dilige-
 re: ut habetur. 7. q. 1. c. Sicut uir. §. episco-
 pum. Prædicta omnia quomodo adim-
 pleri possunt ab episcopis non residenti-
 bus, ipsi considerent episcopi, de quorum
 re agitur, de eis enim scribens Augusti-
 nus ad Valerium dicebat: Ante omnia
 peto ut cogitet religiosa prudentia tua, ni-
 hil esse: in hac uita & maxime hoc tem-
 pore facilius & leuius, ac hominibus ac-
 ceptabilius episcopi aut presbiteri & dia-
 cono officio, si perfunctoriè atq̃ adulato-
 riè res agatur: sed nihil apud Deum tri-
 3 stius & damnabilius. † Subdens nihil esse
 in hac uita & maxime hoc tempore diffi-
 cilius, laboriosius ac periculosius episcopi
 presbiteri, aut diaconi officio: sed apud
 Deum nil beatius, si eo modo militet ep̃s,

D ij

De residentia Episcoporum

quo noster Imperator præcepit, ut habe-
tur in c. ante omnia. 40. dist. Ex his patet
oportere episcopum Christi Imperatoris
nostri dogmata sequi, eiusque mandata ser-
uare, quod facientes ueri epi sunt, † an au-
tem id faciant episcopi non residentes in
eorum episcopatibus ipsi iudicent, uel po-
tius deus omnipotens, qui eos suo reserua-
uit iudicio c. Accusatio. 2. q. vii. et. vi. q. i. c.
oues, in princ. propterea dicebat Augu-
stinus in homelia. vii. q. non omnis epi-
scopus, qui dicit Pax uobis, quasi colum-
ba est audiendus: cum corui de morte pa-
scantur, cuius uerba registrata sunt in c.
non omnis. 2. q. vii. ubi glo. in uerbo Cor-
ui, dicit quod coruo æquiparatur malus
prælatus. Idem habetur in c. Sicuti, ead.
causa, & q. & dicit Card. S. Xysti in d. c.
non omnis, quod bonus prælatus colum-
bæ, malus autem coruo comparatur. De
istis episcopis, qui nomine tantum, non
autem re episcopi sunt, loquitur Aug. di-
cens, qui nec regiminis sui in se rationem
habent, nec sua detegunt delicta, nec filio-
rum crimen corrigunt, canes impudici ma-
gis quam episcopi dicendi sunt, cuius uer-

ba transumptiue habentur in c. qui nec regiminis. 2. q. viij. debent enim episcopi sicut alios dignitate præcellunt: ita & religione præcellere. c. ex multa, de uot. c. Viliſſimus. 1. q. 1. Et cum ad aliorum curam poſiti ſint, c. cum in cunctis, in princ. de elec. quo iure (bonè deus) poſſunt ſine legitima cauſa ſe abſentare ab eorum eccleſiis: quomodo abſentes ſubditorum pacem, ut ex debito paſtoralis officij tenentur, procurabunt: quam procurare tenentur: ca. 6 ſtudium. 92. diſt. † Et cum episcopus non ſit Dominus, ſed diſpensator fructuum, reddituum, & prouentuum ſui episcopatus c. Episcopus. x. q. 2. & tenetur pauperibus prouidere, cum in hoc conſiſtat gloria episcopi, ut inquit Hiero. ad Neopoltianum, & habet in c. gloria episcopi. xij. q. 1. & dicatur, pater pauperum, qui filijs ſuis prouidere tenetur, cum Iob dicat, capit. xxix. Pater eram pauperum, ut dicit Bald. in. L. precibus. C. de impu. & alijs ſubſtit. quorum pauperum neceſſitatibus quantum ei poſſibile ſit prouidere debet, c. Episcopus. 82. diſtinc. c. non ſatis. 86. diſtinc. Immo pauperibus theſaurizare te-

D iij

De residentia Episcoporum

netur, cap. Cum Apostolus de constit. & Cardinal. Zabarella in c. requisisti. §. secus col. 2. uersiculo, & quia episcopus de testam. accedit illud Hieron. in libr. de septem ordini. ecclesie dicentis, Ante omnia curam habe pauperum, quia propter nos Christus pauper factus est cum esset diues: ut inopia illius nos ditaret. Debet ergo episcopus sollicitam curam & diligentiam adhibere prouidendi pauperibus, ad quod facit illud Lucae. viij. quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Super quibus uerbis Bernardus in libr. de Consideratione inquit, sic praelis ut prouideas, ut consulas, ut procures, ut conserues, praelis ut profis, ut fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. ad quid? ut des illis escam in tempore. Et Gregorius scribens Secundo, cuius uerba habentur. 86. distinct. in cap. fratrem nostrum de episcopo loquens dicebat: Nec sibi credat solum lectionem & orationes sufficere, ut remotus nihil studeat de manu fructifi-

care: sed largam manum habeat, neces-
 sitatem patientibus concurrat, alienam
 inopiam suam credat: quia si hæc non ha-
 bet uacuum nomen episcopi tenet. Quo-
 modo pauperibus prouidebit episcopus
 longe ab eius ecclesia permanens & à fi-
 lijs suis absens: inter extraneos, ut ple-
 runq; quidam faciunt episcopi, etiã quan-
 doq; uoluptuose omnem ecclesie suæ cen-
 sum consumantes, Nosse enim deberēt se
 diuino iure teneri ad pascēdum oues eis-
 7 dē commissas, † de quibus loquens Gre-
 gorius in Pastoralis suo dicebat. Si dile-
 ctiōis testimonio est cura pastoralis, quis-
 quis uirtutibus pollens gregem Dei re-
 nuit pascere: pastorem suum conuincitur
 non amare. Episcopus autem surripiens
 quod pauperibus erogandum est: omniū
 prædonum crudelitatem superat. uerba
 sunt Hieron. ad Neopotianum, qui inue-
 hit contra prælatos & episcopos, qui opi-
 bus student & auaritia immergi sunt, quæ
 habentur in dicto. c. gloria episcopi. xij.
 q. i. & ibi Præposit. in fine, qui & ipse con-
 tra diuites prælatos, qui in affluentia re-
 rum & diuitijs uiuunt inuehit, dicens:

D iij

De residentia Episcoporum

Multi enim sunt Prælati, qui de bonis ecclesiæ uitam ducunt uoluptuosam, & uentre pleno de ieiunijs disputant, & de pauperibus loquuntur, quibus se compati fingunt: sed factò negant & mentiuntur.

8 † Debent episcopi pauperes adiuuare, protegere, & subleuare: nam scribit Apostolus ad Galat. 2. Tantum ut pauperum memores essemus, quod etiam sollicitus fui id ipsum facere. Licitum tamen est episcopo quandoque reseruare quæ tempore necessitatis expendenda essent, ut illa esurientibus in maiori necessitate erogentur, ut dixit Hier. ad Neopotianum, & habetur in d. c. gloria episcopi, sed reseruata affinibus & consanguineis suis erogare, uel uoluptuose consumere, hoc improbum et detestabile esset, cum ex eis necessitatibus pauperum subueniendum sit. Vnde Ambrosius. xij. q. 2. c. aurum dicit, Aurum ecclesia habet non ut seruet, sed ut eroget & subueniat in necessitatibus, & inquit idem Ambrosius in lib. de off. cuius uerba ressumit beatus Thomas. 2. 2. q. 185. arti. vij. loquendo de episcopo, Est approbanda liberalitas, ut proximos seminis tui ne

despicias, si egere cognoscas, non tamen
 ut illos ditiores fieri uelis ex eo, quod tu
 9 conferre potes inopibus. † Quinimo si epi-
 scopus aliquid retineat de his quæ sunt
 pauperibus eroganda, mortaliter peccat
 ut idem Thomas dicit loco præallegato.
 Nec debet episcopus permittere aurum
 suum in teca rubiginari, cum hoc nimis
 crudele sit & proximū fame mori & car-
 ceribus cruciari, unde ait Saluator Math.
 vi. facite uobis amicos de mammona ini-
 10 quitatis. † Quinimo dicebat Ambrosius
 in præallegato lib. de officijs, & transum-
 ptiue habetur in d. c. aurum, q̄ in quinque
 casibus alienari licite possunt res ecclesie.
 Primo, pro alimonia pauperum: Secun-
 do, pro redemptione captiuorum. Tertio
 pro loco religioso ædificando: Quarto,
 pro cimiterio ampliando: Quinto, pro
 mortuorū sepulturis construendis: & his
 quinque casibus etiā uasa prætiosa et sacra,
 alienari possent alteri ecclesie in sua forma,
 laycis uero nō, nisi contracta & cōflata.

1 Episcopus, quare annulū portet.

2 Episcopus, quare annulū portare

- De residentia Episcoporum
debeat in quarto digito.
- 3 Prælati inferiores episcopo, annulum de iure portare non debent, nisi ex privilegio.
 - 4 Episcopus non residens, quomodo erit sponsus ecclesiæ?
 - 5 Caritas est perfectionis vinculum.
 - 6 Matrimonium spirituale contrahitur inter episcopum & ecclesiam.
 - 7 Statutum in fauorem uideæ conditum, locum habet etiã in ea quæ uirum prorsus inutilem habet.
 - 8 Matrimonium quod contrahitur inter episcopum & ecclesiam, an contrahatur per solam electionem secuta acceptatione.
 - 9 Dictio Quasi regulariter est nota improprietas.
 - 10 Electus etiam secuta acceptatione ante confirmationem potest sine auctoritate superioris electioni renuntiare.
 - 11 Electus ante confirmationem habet tenue ius.
 - 12 Coniugium inter electum & ecclesiam proprie dicitur secuta confirmatione.

- 13 Matrimonium contractum inter electum & ecclesiam dissolui non potest, nisi auctoritate superioris.
- 14 Carnale coniugium solo consensu perficitur, secus in spirituale.
- 15 Ecclesia secuta confirmatione dicitur episcopi uxor.
- 16 Comparatio de spirituale ad carnale matrimonium, quando sit.
- 17 Quare coniugium dicitur ante confirmationem.
- 18 Matrimonium inter electum & universalem ecclesiam non contrahitur ante confirmationem.
- 19 Episcopus non dicitur ante consecrationem.
- 20 Episcopus est uerus sponsus suae ecclesiae, ideo annulum portat.
- 21 Falsus denarius, non est denarius.
- 22 Spirituale non est proprie matrimonium ante confirmationem.
- 23 Spirituale matrimonium contrahitur etiam cum simplici beneficio.
- 24 Carnale & spirituale matrimonium, quibus casibus conueniant,

De residentia Episcoporum

Capitulum decimum.

- 1 **A**nnulū portat episcopus in signū, quòd sit ecclesiæ suæ sponsus glos. Ioan. monachi in rub. de postulan. lib. vi. Cardi. in c. Sicut alterius, col. 2. vij. q. 1. ubi dixit quòd inter ep̄m & ecclesiam foedus coniugij celebratur, quod in electione iniatur, ratificatur in confirmatione, in cōsecratione intelligitur consumatum: in cuius signum episcopus annulum portat, quo mortuo ecclesia uidua dicitur. Idem uoluit Præposit. in d. cap. Sicut, & tenuit Imol. in c. Clerici officia, col. ult. nume. 17. extra. de uit. & hone. clericorum, ubi etiā
- 2 dicit [†] quod episcopus annulum portare debet in quarto digito, ut sciat se debere seruire ecclesiæ, corde & animo, fertur enim in quarto digito annulus, quia ibi uena esse dicitur à corde procedens. xxx. q. v. c.
- 3 foeminæ, subdens [†] quòd inferiores prælati, ut sunt Abbates & alij annulo uti nō possunt, nisi ex priuilegio eis concessum foret. Idem dixit Imol. in c. accedens, extra. de præben. colū. 1. nume. 7. ubi uoluit quod de iure cōmuni solus ep̄s annulum

portare debet, cæteri uero prælati non, Idem dixit Abb. in c. penul. de uita & honest. cler. & quemadmodum uiro uiuente uxor carnalis non potest ab alio despõsari: ita nec episcopi sponsa, idest ecclesia cum illi alligata sit, eo uiuente ab alio despõsari non potest, aliàs adulterari diceretur d. c. Sicut alterius, Et sicuti non licet carnali sponso suo eodemq; tempore duas habere uxores: ita episcopo non licet uno eodemq; tempore duos habere episcopatus, duarum enim uxorū eodẽ tempore sponsus esse non potest. L. eum qui duas. C. de adul. c. nuper extra. de bigam. & habetur per Ioan. monac. in rub. de postul. prælat. lib. vi. ideo Paul. 3. ad Timot. dixit. Si quis episcopatum desiderat, 4 bonum opus desiderat, † oportet. n. episcopum irreprehensibile esse, unius uxoris uirum. Quõ autem spõsus ecclesię erit episcopus, qui non residendo, sponsę suę ecclesię adhærere recusat? Scriptum est namq; , relinquet homo patrem & matrẽ & adhærebit uxori suę: & erunt duo in carne una Matth. xix. Mar. x. & uiri uxores suas, ut corpora sua diligere debent,

De residentia Episcoporum

nam qui suam diligit uxorem, semetipsum diligit. Paul. ad Ephe. c. v. inquit, Si Christi Legati & uicarii sunt episcopi, ac ecclesie sponsi sicut Christus ecclesiam uniuersalem dilexit, & semetipsum pro ea tradidit, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquae in uerbo uitae: ita epi ecclesiam suam, cui praesident, diligere debent: residendo in eadem, & sic suae sponsae adhaerendo, & eidem subditos bene regendo, & cum charitate gubernando, † quae charitas perfectionis est uinculum, Paul. ad Colos. 3. c. & sicuti uir potestatem sui corporis non habet sed uxor: Paul. ad Corint. vii. ita eps sui corporis potestatem non habet, sed eius sponsa, uidelicet ecclesia, quae matrimoniū inter ipsam & sponsum suum episcopum ex se dissoluere non potest, id enim solus Papa non alius dissoluere posset. c. i. de transl. epis. ita dixit Io. monach. in d. rubr. de postul. praelat. lib. vi. episcopus suae ecclesiae sponsus est, Papa uero est uniuersalis ecclesiae sponsus, ut habetur per Cardi. in d. c. Sicut alterius. 7. q. 1. col. 2. facit tex. in c. Ecclesiae meae. 97. distinc. & c. quoniam de immunit. Eccles. in. yi.

vbi Pōtifex dicit. Nos iustitiam nostram
 & ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negli-
 gere & c. & dixit Abb. in c. Nisi cum pri-
 6 dem, colū. ult. uerſi. Verum in. 4. not. † q̄
 inter episcopum & ecclesiā est matrimo-
 nium spirituale, quod contrahitur apud
 Deum & fide mediā inter Deum & epi-
 scopum recipiētem ecclesiam. Et cum epi-
 scopus continuam residentiam facere te-
 neatur, cogitent episcopi quā durū esset
 ecclesiam suam sine spōso dimittere: cum
 paria sint sponsum non habere, uel peni-
 tus inutilem habere, ut habetur per Ab-
 batem in c. Bonæ, el. 1. de postulat. præla:
 ad quod facit tex. ille mirabiliter, ubi non
 fuit admissa per papam postulatio capitu-
 li Rauenateñ. ecclesiæ de persona Cardi-
 nalis, quia cum Papæ assistere teneretur
 inutilis fuisset dictæ ecclesiæ. Ad idem fa-
 cit tex. in. L. quotiens. ff. qui satisd. cog. &
 in. L. accusaturus. ff. de adul. Bald. in. L. 2.
 C. de eunuch. & text. in. L. non putauit,
 §. non quāuis iuncta, glo. & ibi Bald.
 7 ff. de bonor. posses. contra tabul. † ideo
 dixit gos. singularis in. L. fina. C. de Pla-
 gi. & ibi Bald. quòd statutum æditum in

De residentia Episcoporum

fauorem uidue, locum sibi uendicat in ea, quæ maritum prorsus inutilem habet.

- 8 † Sed quero, an matrimonium spirituale, quod contrahitur inter ep̄m et ecclesiam, contrahatur per solam electionem secuta acceptatione electi, ante tamen confirmationem? Hanc quæstionem mouent doctores maxime Præpos. in c. Nouatianus viij. q. i. ubi concludit quòd sic. allegat fundamentum, tex. in c. Cum inter canonicos de elect. & tex. in c. inter corporalia in §. Sicut, de transla. episcopi. Ad idem adducitur tex. in c. Sicut. viij. q. i. Idem uoluit Ioã. an. in d. c. inter corporalia, col. 2. uers. maxime, Idẽ tenuit Host. ibidem, & in d. c. Cum inter canonicos. hoc idem uoluit Imol. ibidem dicens, quòd per cõsensum eligentis & electi contrahitur matrimonium inter eos, nam sicuti per mutuũ consensum contrahitur matrimoniũ carnale: sic et spirituale, quasi ad illius exemplũ, idem not. Imol. in c. fina. col. i. de transla. episcopi, & in d. c. inter corporalia, in uers. sic. Sicut autem, ubi dixit quòd uinculum matrimonij spiritualis contrahitur inter personas eligentis & electi, & fit indissolubile

lubile in actu confirmationis, & licet dicat inter eligentes & electum matrimonium contrahi, intelligitur inter eligentes uti ecclesiam representantes: & sic ipsam ecclesiam, ut dicunt ibidem doct. & in d. c. Cum inter canonicos. Hanc opinionem q̄ contrahatur matrimonium inter ecclesiam & electum ep̄m ante confirmationem tenuere etiam Abb. Ant. de but. Cardi. Zabarella, Petr. de anch. & alij tam in d. c. Cum inter canonicos quam in d. cap. Inter corporalia. §. Sicut autē, contra quā tenere licet prima facie durum uideatur propter tantorum Patrum auctoritatem: nihilominus cōtrarium de iure uerius est (mea quidem sententia) scilicet quòd per solam electionem & electi acceptationē ante confirmationem non sit cōtractum matrimonium spūale inter ecclesiā & electum. Et hanc partem iuribus & rōnibus probabo inferius. Discurramus igitur iura per quæ mouent̄ præallegati doctores ad tenendū supradictam conclusionē.

Primo allegant pro fundamēto eorum opinionis, text. in d. c. Cum inter canonicos, extra de elec. ubi dicitur, q̄ p̄ mutuū con-

E

De residentia Episcoporum

consensum eligentium & electi, quasi coniugale uinculum spirituale est contractum, Hostien. ibi dicit quod dicitur quasi coniugale, ad exemplum coniugij carnalis. Nam sicuti per mutuum consensum carnale contrahitur: sic & spirituale. Cardina. ibidem in. viij. oppo. dicit quod dicitur quasi coniugale ad indicandum quod nomine coniugij intelligitur de carnali. argumento text. in c. debitum de bigam. subdēs quod illa dictio, Quasi, ibi est expressiua ueritatis Abb. ibidem colū. ult. in glo. super dicto uerbo Quasi idem sentit, subdens quod dicitur quasi coniugium, quia coniugium spirituale dicitur contrahi ad instar carnalis, Vnde istud quasi coniugium dicitur, quia uerum coniugium & propriū dicitur carnale. & sic ex dicto text. dicunt eorum conclusionem probari.

- 9 Mihi aut uidetur dicendum quod ille tex. non solum non probat opinionem doctorum, sed totum contrarium, quia illa dictio Quasi ibidem stat in suo proprio significato, alio respectu, est. n. regulariter nota improprietas, ut fatentur ibi doctores & tenet glo. in c. Parrochiani de decim. et

in. L. in facto. ff. de condit. & demonst. &
 glo. in c. prout de dolo & cont. Ideo bene
 dixit ibi tex. quòd per mutuū consensum
 eligentium & electi quasi coniugale uin-
 culum spiritualiter sit contractū, quia an-
 teq̃ electio confirmetur per superiorē in-
 ter electum & ecclesiam, seu electores illā
 representantes, non potest proprie dici
 coniugium ante confirmationem: quia
 licet in carnali matrimonio per mutuum
 consensum contrahentium uerum matri-
 moniū contrahatur, ut in c. sufficit. 27. q.
 2. & c. fina. de sponsa. duo: in spūali secus
 10 est, † quia ante cōfirmationem potest ele-
 ctus quantūcūq̃ electionem acceptaue-
 rit, illi renuntiare sine auctoritate superio-
 ris, ut concludunt doc. post glo. in d. c. Cū
 inter canonicos. Idem uoluit Innoc. in d.
 Inter corporalia in uerbo Cōfirmationē,
 dicens q̃ electus licet acceptauerit electio-
 nem ante confirmationē, potest ecclesiā
 relinquere, cum habeat tenue ius, allegat
 tex. in c. super his de accusat. & tex. in d. c.
 Cum inter canonicos, de quo habet per
 11 glo. in c. si electio de elec. lib. vi. † Ex cuius
 uerbis uidet̃ probari opinio nostra. Quia

De residentia Episcoporum

- si electus ante confirmationem habet tenue ius, ergo sequitur quod matrimonium non est contractum eo casu, quia si esset contractum, utique haberet plenum ius, & sic videtur sentire in illis verbis Innoc. quod supra dixi quod ante confirmationem non dicitur contractum coniugium spirituale, quamvis electus electionem acceptauerit. Ideo dicitur quasi contractum. & hic est verus intellectus illius tex. in d. c. Cum inter canonicos. Nec procedit intellectus doctorum ad illum tex. dum dicunt, quod dicitur ibi quasi coniugium, quia verum coniugium est carnale, quia sicuti inferius dicam sequuta confirmatione non amplius quasi coniugium, sed coniugium dicitur.
- 13 ¶ Nam sicuti matrimonium carnale solo contrahentium consensu contrahitur, & est indissolubile regulariter: ita post confirmationem electionis est in matrimonio spirituali, contracto, inter electum confirmatum & ecclesiam, quod dissolui non potest, nisi auctoritate papae ut in c. Sicut. vii. q. i. c. fin. de transl. epis. & in c. Inter corporalia supra alleg. et sic sequuta confirmatione verum spirituale coniugium est contractum

ut in iuribus proxime allegatis & isto ca-
 su est ad instar matrimonij carnalis, qd est
 indissolubile, dicente Aplo. Quos Deus
 14 coniunxit, homo non separet. † Et in hoc
 differunt carnale & spūale coniugium,
 quia carnale solo consensu perficitur, spi-
 rituale autem non perficitur ex consensu eli-
 gentium & electi ante confirmationē, &
 ideo non sequuta adhuc cōfirmatione, dē-
 citur Quasi coniugiū ut in d.c. Cum inter
 canonicos. Sequuta uero confirmatione,
 dicitur coniugiū, ut in d.c. Inter corpora-
 lia. §. Sicut autem ep̄s, & in c. quoniā fre-
 quenter. §. Si uero aliter ut lit. non cōtest.
 15 immo sequuta cōfirmatione † ecclesia dē-
 citur uxor ep̄i ut in c. Sicut uir, et in c. Si-
 cut alterius. viij. q. i. & ex his clare patet qd
 intellectus Hostiē. & aliorū ad tex. in d.c.
 Inter canonicos, dicētium quòd ibi dicitur
 Quasi coniugale ad instar carnalis matrī-
 monij siue cōiugij, uel ut dicebat ibidem
 Cardī. in. viij. opp. & ibidem Abb. quòd
 ibi dicitur Quasi coniugium ad ostēden-
 dum quòd nomine coniugij intelligitur
 de carnali, nō procedit, quod maxime ap-
 paret in d.c. Sicut uir, ubi dicitur quòd si-

De residentia Episcoporum

cut uir non debet adulterare uxorem suam:
16 † ita nec episcopus ecclesiam suam ut illam dimittat. Et sic constat quod comparatio de spirituali ad carnale coniugium est, quando episcopus eius sponsam dimittere non potest, si ne auctoritate superioris, quod est post confirmationem electionis, quod etiam probatur in dicto c. Sicut alterius. vij. q. 1. ubi text. dicit, sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo, uel iudicari, uel disponi nisi a proprio uiro eo uiuente permittitur: sic nec uxor episcopi, quae eius ecclesia intelligitur. Et inferius ibidem dicitur et sunt uerba Apli, alligata est uxor legi uiri, quod diu uir eius uiuit: eo uero defuncto, soluta est a lege uiri. Si r sponsa episcopi, quia sponsa uxoris eius dicitur ecclesia, illo uiuente illi alligata est: illo uero defuncto soluta est. Ex quo manifeste constat uerum coniugium inter episcopum & ecclesiam esse post confirmationem, quo tempore episcopus est alligatus ecclesiae uxori suae, et ab ea sua propria auctoritate sine superioris licentia discedere non potest. † Quali uero coniugium dicitur ante confirmationem: quia ut supra dictum est, tunc potest electus propria au-

Fortitate ab ecclesia recedere, & hoc sensit glo. in d. c. Cum inter canonicos, in uersic. discretioni nostræ, in uerbo Quasi. Ad idem facit tex. in d. c. Inter corporalia. §. Sicut autem, ibi, Cum non debeat in dubium reuocari, quin post electionē & confirmationem canonicā, inter personas eligentium et electi, coniugium sit spirituale contractum. Ecce quòd non dicit quasi contractum, uel quasi coniugium, sed cōiugiū: quia sequuta confirmatione est uerum spirituale coniugium. Ad idē est tex. in c. final. eo. tit. de transl. episc. ubi dicitur quòd sicut nec legitimi matrimonij uinculum quod est inter uirū & uxorem, homo dissoluere potest, Dño dicente in euāgelio, Quos Deus coniunxit homo non separet: sic et spūale fœdus coniugij, quod est inter episcopum & ecclesiam.

Nec similiter rationibus prædictis uidetur posse procedere, quod uoluit Ioā. and. in d. c. Cum inter canonicos, in. i. col. dum dicit quòd quasi coniugale dicit, quia sicut per mutuū consensum carnale contrahitur: sic & spirituale ad ipsius exemplum uel quasi uinculum est inter electum &

E iij

De residentia Episcoporum

elicientes. Sed uerum uinculū est inter electum & ecclesiā generalem, nā circa primum eius dictum satis ex supradictis constat illud non procedere. Circa uero secundum quod inter electum & ecclesiā uniuersalem sit uerum uinculū: hoc etiā (salua tanti uiri reuerētia) non procedit, maxime in terminis illius tex. c. Cū inter canonicos. † & est ratio, quia inter electum non confirmatum & ecclesiā uniuersalem, nullū contrahit spūalis coniugij uinculū, nisi sequuta confirmatiōe. Et licet coniugium spūale contractum, inter electū confirmatum & ecclesiā, ad quam in ep̄m est electus, auctoritate papæ dissolui possit: tamen contractum cum ecclesia uniuersali nunq̄ dissoluitur, quod tamen, ut dictū est, non contrahitur, nisi demum sequuta confirmatione, ut habetur per Host. in d. c. Cum inter canonicos in. i. col. in uers. discretioni uestre, ibi quasi coniugale Angel. de cast. in d. c. Cum inter canonicos in fine dixit, quod si illa dictio, Quasi, ibidē posita, referat̄ ad uerbum cōtractum (de quo ibi) tunc stat improprie: quia non est uerum quod sit quasi contractū, sed uerē

est contractum ipsum uinculum. Si uero referatur dicta dictio, Quasi, ad uerbum cōiugale: tunc stat propriè, & est nota improprietas & erit sensus. q̄ sicut per consensum uiri & mulieris contrahit̄ uinculum & matrimoniū carnale: ita per consensum eligentium & electi contrahitur quasi uinculum & matrimoniū spūale ad similitudinem carnalis. Dicēdum est, primum eius dictum, non esse uerū, quòd illa dictio, Quasi, relata ad contractū stet impropriè, intelligendo quòd uere sit cōtractum uinculum cōiugale, inter electū & ecclesiā in terminis predicti c. Cum inter canonicos, per superius dicta. Quo uero ad secūdum quòd si illa dictio, Quasi, referatur ad uerbum coniugale stet propriè, & sit sensus quòd sicut p̄ consensum uiri & mulieris contrahitur carnale coniugium: ita per consensum eligentium & electi contrahitur quasi matrimoniū spirituale, ad similitudinē carnalis, dico quòd uerum est q̄ dicto casu illa dictio, Quasi, stat in suo proprio significatu, et sic est nota improprietas: quia quasi uinculum, non uere uinculum, non sequuta confir-

De residentia Episcoporum

matione, contrahitur: sed dum Angelus dicit hoc esse ad similitudinem carnalis, hoc non est uerum: quia ut supra dictum est, carnale coniugium contrahitur insolubile mutuo partium consensu: spirituale autem sola electi uoluntate est solubile ante confirmationem: secus post, ut late dixi supra. Et ideo spirituale non est ad instar carnalis nisi sequuta confirmatione, per iura superius allegata, uidelicet tex. in d. c. Inter corporalia, & c. final. de transl. episc. & cap. Sicut alterius. & c. Sicut uir. vij. q. i. & conclusiue illa dictio Quasi in dicto c. Cum inter canonicos, siue referatur ad uinculum, siue referatur ad contractum, siue referatur ad illud uerbum Coniugale, semper est nota improprietas per superius dicta.

Secundo loco pro fundamento eorum opinionis quod spirituale coniugium inter electum & ecclesiam, sequuta electi acceptance, ante confirmationem sit contractum, adducunt doct. text. in d. c. Inter corporalia in §. Sicut autem episcopus, ibi non sit maius uinculum episcopi ad ecclesiam, quam electi, maxime confirmati:

Inferentes quòd per illam dictionē, Maxime, includitur quòd idem uinculum sit ante confirmationem, qui intellectus dari non pōt illi textui, quia falsum est quòd idem sit uinculum inter electum & ecclesiam ante confirmationē, † quod est post. Dum enim loquitur ille tex. de episcopo, intelligitur de confirmato, & etiam consecrato, quia ante consecrationem non dicitur episcopus, sed electus: glo. in ca. i. de religio. domi. in glo. i. not. Abb. in c. eam te, in. i. not. de rescript. glo. in c. transmissa de elect. in glos. final. Bald. in prohemio decretal. col. viij. Butr. consil. xix. Cardin. in c. meminimus, de accus. Imol. in clem. i. de pen. Cum igitur episcopus ecclesiam suam sine auctoritate Papæ dimittere nō possit, Electus autē non confirmatus sic, ut supra dictū fuit, patet manifestè quòd illa dicitio, Maxime, stat ibi impropriè. Quinimo ille text. ineuitabiliter probat contrarium, & sic opinionē nostram, dicitur. n. in d. §. Sicut ep̄s in prin. quòd sicuti ep̄s consecratus sine licētia Romani Pontificis non potest suam ecclesiā dimittere: sic electus & cōfirmatus, cum non debeat

De residentia Episcoporum

In dubium reuocari, quin post electionē & confirmationē canonicam inter personas eligētium & electi, coniugium sit spiritualiter contractum, non dicit Quasi cōiugium uel Quasi spūale, ut dictum fuit in d. c. Cum inter canonicos, ubi non aderat cōfirmatio. Et dum tex. dicit quòd nō debet in dubium reuocari sequuta confirmatione, quin sit cōtractum coniugium spirituale: sequitur quòd ante confirmationem poterat id in dubium reuocari, quia eo casu est quasi nō uerè coniugium ut in d. c. Cū inter canonicos, induci etiā potest & alio modo tex. in d. c. Inter corporalia. §. Sicut autem episcopus in uers. Sicut ergo ep̄orum, pro opinione nostra contra doctores. dicitur. n. ibi quòd sicut episcoporum translatio, depositio & cessio, sic & electorum post cōfirmationem spiritualis coniugij ratione solī est Romano Pontifici reseruata. Si igit̄ diceremus q̄ illa dictio Maximè posita in illo text. induceret quòd idē uinculum coniugij spiritualis esset inter ecclesiā & electum non confirmatum, quod est electi & confirmati: sequeretur quòd sicuti electi & con

firmati cessio fieri non potest sine aucto-
 ritate Romani Pontificis, idē esset in ces-
 sione electi non confirmati, quod tamen
 non est: quia electus non confirmatus ce-
 dere potest sine auctoritate Pontificis se-
 cundum docto. in d. c. inter canonicos, &
 dictum fuit supra, ideo sane consideranti
 tex. in d. c. Inter corporalia. §. sicut episco-
 pus, non solum non probat doctorū opi-
 nionē: sed totum contrarium, & dixit Pre-
 20 posit. in d. c. sicut alterius. vij. q. 1. † q̄ epi-
 scopus est uerus sponsus suæ ecclesiæ, in
 cuius signum annulum portat.

Tertio adducunt doctores pro eorum opi-
 nione tex. in c. quoniā frequenter. §. si ue-
 ro aliter, ut lit. non contest. Ponderātes il-
 la uerba electione maximè confirmata, p̄
 quæ uerba dicunt disponi quòd idem sit
 ante cōfirmationem electionis. Ad quod
 respondet ut supra dictum fuit quòd cō-
 firmata electione, coniugium dicitur: ut
 in dicto textu, ante uero cōfirmationem
 dicitur quasi coniugium, ut in præallega-
 to cap. Cum inter canonicos, & hoc mo-
 do intelligendo iura iuribus concordan-
 tur & declarantur. Et licet glos. in dicto

De residentia Episcoporum

§. Si uero aliter in uerbo Maximè dicat quòd ibi illa dictio, Maximè, stet ppriè, hoc non est uerum, per supradicta, dici autem poterit quòd stet propriè, hoc est, pro dictione propriè. nec esset mirū, quia uidemus quòd sæpe in iure una dictio impropriatur, ne resultet absonus intellectus legis, & uerior est illa opinio quam glo. ibi dicit aliquos tenere quòd illa dictio Maximè stet pro dictione Tantum, quæ expositio magis conuenit uero intellectui dicti tex. nam si intelligeremus quòd illa dictio Maximè ibi staret in suo proprio significato, & sic quòd includeret quòd idem esset ante cōfirmationem, ut Doctores dicunt, sequeretur quòd inter eligentes, per quos ecclesia representatur, & electum ante confirmationem esset uerum spirituale coniugium: quod tamen falsum esse superius liquido demōstrauimus. Et licèt doctores dicant quòd ante confirmationem contrahatur spirituale coniugiū inter ecclesiā & electum: uinculum autem indissolubile non causetur, nisi post confirmationem, ut patet in præalleg. c. final. de transl. epif. et latius

supra uisum fuit, ex hoc manifestè cōstat, quòd ante confirmationē non est uerum coniugium: cum propria coniugij substātia sit indissolubilitas, iuxta illud Apostoli. Quos Deus coniunxit homo non separet. accidētia. n. ut inquit Philosophus magnam partē conferunt ad cognoscēdum, quod quid est? dicere. n. ibi esse matrimoniū ubi substātia matrimonij deest, est cōtrariū in subiecto ponere, quod q̄ sit absurdū, nemo est qui nesciat. Hinc dicimus

21 † q̄ falsus denarius, non est denarius, necq̄ in numero denarioꝝ cōputandus glo. in l. 2. C. de hæret. et ratio est, quia caret substātia denarij. Itē dicimus quod condēnatus intelligit̄ is, qui rite condēnatus est, L. 3. §. condemnatum. ff. de re iudic.

Ostenditur etiam opinionem doct̄. non esse ueram, ex diffinitione carnalis matrimonij, cui assimilatur spirituale: est. n. maris atq̄ foeminae coniunctio, indiuiduā uitæ consuetudinem continēs, ut habetur per doct̄. in rub. extra. de sponsal. & per Hostien. in summa eod. tit. in princ.

Et probatur conclusio nostra etiam per tex. in c. fina. de transl. episc. ubi dicitur quòd

De residentia Episcoporum

spūale foedus coniugij, quod est inter episcopum & ecclesiam in electione initiatur, in confirmatione ratificatur, in consecratione intelligitur consummatum. Nam si initiatur in electione: ergo ante confirmationem non est coniugium, quia dicitur ibi quod ratificatur confirmatione, licet enim electores publicato electionis scrutinio, non possint ab electione discedere c. publicato de elec. merito dicit tex. quod initiatur per electionem. Tamen quia electus etiam acceptata per eum electione, ante confirmationem ab ea sua auctoritate, ut supra dictum fuit, recedere potest: patet quod consensus eligentium & electi simpliciter coniugium non inducit, cum pariter electores ecclesiam representantes et electus non obligentur. Et sic inter eos non est proprie contractus: sed quasi, id est, improprie. Contractus namque proprie est quando est ultrò citròque obligatorius. L. labeo. §. contractum. ff. de uerbor. signifi. Sunt enim contractus à principio uoluntarij & ex post facto necessarij. L. Sicut, C. de actio. & obliga. hinc est quod dicitur in d. c. fina. quod coniugium spūale ratificatur

ficatur in confirmatione, quia ante ualidum non erat per solum eligentium et electi consensum: sed ad sui essentiam requirebatur approbatio papæ. Nā dicere possumus q̄ per electionē & electi acceptationem inducātur sponsalia, quæ sunt initium matrimonij spiritalis: sicuti sunt initium matrimonij carnalis. l. oratio. ff. de sponsal. glo. in c. fina. de transl. epis. in uerbo licet, et quæuis dicta glosa dicat q̄ per electionem initiatur matrimonium quo ad electores, qui publicata electione ab ea recedere non possunt d. c. publicato, de elec. tamen concludit q̄ per consensum electi cōiugium perficitur, ad quod nil allegat. Immo contrariū est. uerius, ut supra ostendi. Item ex eo patet quia ante confirmationem persona electi examinari debet, & etiam uideri an electio sit canonica, & sic requirit̄ quòd electio simul cum persona electi approbetur, quod fit per confirmationem c. cum nobis olim de elec. non sic est in matrimonio carnali, quòd solū contrahentium consensu perficitur: nec post se expectat aliam approbationem c. cum locum. §. 1. de sponsal. c. Tuæ frater.

F

nitati eod. tit. & ideo Hostien. in d. c. fina.
 de transla. episc. dicit quòd per electionē
 initiatur, quia est spes futurarum nuptia-
 rum argumēto. l. i. & l. oratio. ff. de spon-
 sa. & xxx. q. v. c. nostrates: & licet electo-
 res, ut dictum est, electione publicata ab
 ea recedere non ualeant: tamen quia ele-
 ctus non confirmatus renuntiare potest,
 adhuc non est matrimonium. Ipso autem
 electo consentiente & electionē acceptan-
 te dicit Hostien. q̄ aliquid erit ultra, & sic
 non dicit ut aliàs dixerat quòd matrimo-
 nium propterea inducatur, subdens post-
 modum circa finem quòd per cōsensum
 eligentium & electi ac confirmantis, quo
 ad substātiā, matrimonium plenū erit.
 Et hoc idem dixit ibidem Innoc. in princ.
Nec obstat quod dicit Ant. de but. in d. c. fin.
 de transl. episc. quòd uinculum matrimo-
 niū momēto perficitur, nam statim est uel
 non est: ergo non habet principium, me-
 dium, nec finem in partes per tex. in cap.
 2. xxvij. q. 2. ubi dicitur quòd matrimo-
 nium est res indiuidua, quia illud proce-
 dit in matrimonio carnali, quī unico con-
 textu, & temporis momēto, per mutuum

22 cōsensum contrahētium perficitur.† Se-
 cus in spiritali, quod ante approbatio-
 nem Papæ non est proprie matrimoniū,
 & ut demus similitudinem de matrimo-
 nio carnali, uidemus quòd quandoq̃
 etiam carnale matrimonium non statim
 est perfectum ex solo contrahentium con-
 sensu, ut puta, si puella dicat consentire
 in aliquem per uerba de presenti, uti in
 eius maritum, si pater suus uoluerit uel
 consenserit: tali casu ante consensum pa-
 tris, non erit inter contrahentes matrimo-
 nium. c. per tuas, extra de condic. ap-
 posit. Butr. in c. Veniens, el 2. de sponsal.
 ubi dixit, hoc procedere etiam in foro
 conscientia: Ita dicere possumus in ma-
 trimonio spiritali quòd consensus electi
 habet in se implicitam & annexam con-
 ditionē, si Papa consentiat: hinc est quod
 ante cōsensum & approbationem Papæ,
 non erit matrimonium inter electum &
 eligentes, p̃ quos ipsa representatur eccle-
 23 sia.† ¶ Cōtrahitur & spiritali matrimo-
 nium etiam cum simplici beneficio ut uo-
 luit glo. in c. accedens, extra de præbend.
 Vbi Anto. de butr. & ibidem Imol. co.

De residentia Episcoporum

lum. i. numero. 7. dicunt quòd tali casu non dicitur proprie matrimonium: sed quasi, nam cum solo episcopo ecclesia matrimonium contrahit, qua ratione dicunt quòd de iure còmuni solus episcopus dicitur sponsus suæ ecclesiæ, & solus annuum portare debet. † ¶ Quibus autem casibus carnale & spirituale matrimonium conueniant, hic non ponam: cum non sit presentis speculationis, uide Card. S. Xysti in d. c. Sicut uir. vii. q. i. Erit ergo ex præmissis firma conclusio, quòd inter ecclesiã & electum nullum dicitur còtractum spirituale coniugium, etiam sequuta acceptatione electi: nisi conditionatum, si Papa approbauerit, sequuta autem Papæ aut alterius ad id ab eo auctoritatem habentis approbatione: tunc uerum erit còiugium. Itẽ ex præmissis colligitur uerus & sanus intellectus ad tex. in præallegato c. Cum inter canonicos. de elect. & ad tex. in c. Inter corporalia. §. Si autem episcopus, de transla. episc.

1 Episcopi dicuntur oculi.

2 Ep̄i quare dicantur oculi Dñi.

- 3 Ep̄s interpretat̄ superinspector.
- 4 Ep̄scopus non residēs, dicetur oculus tenebrosus.
- 5 Oculus cæcus & nequā, dicetur ep̄scopus non residens.
- 6 Ep̄scopus dicit̄ somnū oculis dare quando subditoꝝ curā negligit.

Capitulum undecimum.

- 1 **D**icuntur ep̄scopi oculi, quia Christus per eos speculatur & superintēdit curæ sui gregis, ut inquit Cardi. Turre crema. in c. Accusatio. 2. q. viij. & est tex. in c. oues in princ. vi. q. i. ubi dicitur quòd ep̄scopi à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. & dicit idem Card. in d. c. oues in. 2. col. uers. ad quartum in uerbo oculos, quòd Deus sibi ep̄scopos oculos elegit, quia per eos contemplatur, speculatur, & superintēdit custodiæ sui gregis. Vnde Zach. proph. c. 2. dixit, qui uos tangit tangit pupillam oculi mei, & dicit idē
- 2 Card. in d. c. oues. † Quòd ep̄scopi dicuntur oculi Dñi, quia sicut per oculos dirigitur pes ut non offendat, & totum corpus

De residentia Episcoporum

neruat: sic Dñs elegit Apostolos Matth. x. & Lucae. x. aut eorum successores ep̃os, ut per eos tanquã uidentes oculos pedes, idest, subditos & totum corpus ecclesiasticum dirigat, & per uias rectas ducat, ne si cæcus cæco ducatum præstet: ambo in fo ueam cadant, Math. 15. et Lucae. 6. & Am bro. in lib. de dignitate sacerdotali, cap. 6. Tomo. v. ad ep̃m loquens, inquit: Ocu- lorum etiam in corpore officium. i. in ec- clesia uoluntarius appetisti, ut reliquum per te corpus ducatum lucis haberet: & nunc quadam lippitudine & caligine uí- tiorũ obtenebratus, nec te ipsum luci ido- neum præbes, & alijs adimis lumẽ. Quæ uerba episcopo non residenti conueniunt, subdens idem Ambro. de quibus oculis dicitur in Euangelio, Si oculus tuus sim- plex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, idest, si episcopus, qui lumen prome- ruit præesse in corpore, simplicitate est san- cta & innocentia decoratus: omnis eccle- sia splendore luminis radiatur, si autẽ ocu- lus tuus nequã est: totum corpus tuũ tene- brosum est, idest, si episcopus, qui uideba- tur corpori subdito lucem prebere obnu

biletur nequitiae cæcitate, quid cætera fa-
 cient mēbra, quibus lux adempta est ocu-
 lorū? idest, quid secularis factura est mul-
 tudo, cum uoluptatibus illicitis et actio-
 nibus uetitis ad similem facinorum uora-
 ginem episcopus multitudinem populi
 prouocauerit? ut nulli iam iam illicitū esse
 uideatur quod ab episcopo quasi licitum
 perpetraretur: sed ipsum magis credunt
 homines esse laudabile, quicquid ep̄s ha-
 buerit delectabile. Subdēs: Episcopus. n.
 à cunctis indubitāter uocaris, præsertim
 cum ipso nomine censeris, si tamen actio
 cōcordet nomini, & nomē se societ actio-
 3 ni. † Nā quid aliud interpretatur episco-
 pus, nisi superinspector? Hæc sunt aurea
 4 Ambrosii uerba. † Quomodo igiŕ episco-
 pus dirigat subditos suos in uias rectas,
 & iustitiæ tramites, ac animarum salu-
 tem, si ipse à recta aberrans uia, & suæ ip-
 sius salutis immemor, subditorum curam
 negligat? & ecclesia eius sponsa relicta
 apud exteros commoretur? iam non am-
 plius oculus dicetur, non residens episco-
 pus: nisi tenebrosus & luce carens. Et pro-
 pterea de eo dici pōt quod Psalmista in-

De residentia Episcoporum

quit, Obscurentur oculi eorum ne uideant,
& dorsum eorum semper incurua. Quæ
uerba declarans Gregorius in suo Pasto-
rali cap. i. circa finem inquit, oculi quippe
sunt, qui in ipsa honoris summi facie posi-
ti, prouidendi itineris officium susceperunt:
quibus si nimirum, qui subsequuntur in-
hærent dorso. obscuratis ergo oculis dor-
sum flectitur, quia cum lumen scientiæ per-
dunt qui præsumunt, profecto ad portanda
peccatorum onera curuantur qui sequun-
tur. Et Hieronymus in dialogo Luciferia-
ni, exponens illa uerba Domini in Euange-
lio dicentis, Lucerna corporis est oculus,
exponit, id est, lumen ecclesiæ est episcopus.
Subdens: Si oculus tuus simplex est: totum
corpus tuum lucidum erit, Si uero oculus
tuus nequam fuerit: omne corpus tenebro-
sum est. Nam cum ideo episcopus in eccle-
sia constituitur ut populum coherceat ab
errore, quantus erit error in populo, cum
errat ipse, qui docere debet? quomodo po-
test peccata dimittere qui ipse peccator
est? quomodo sanctum sacrilegus faciet?
unde ad me lumen introiet cum oculus
meus cæcus sit? Proh dolor Antichristi di-

5 scipulus ecclesiam Christi gubernat. Hæc
 sunt Hieronymi uerba. † Oculus cæcus et
 nequã erit episcopus, sine iusta causã non
 residens in eius ecclesia. Hinc enim morũ
 & disciplinæ ecclesiasticæ deprauatio: cũ
 oculus Domini cæcus factus sit. Hinc hæ
 reses radices & incrementa suscipiunt, &
 clam sparsæ pullulant: cum non sit qui
 Christi oues per uias rectas ducat, & la-
 psas ab erroribus reuocet. Et ideo bene di-
 cebat Hiero. in epistola ad Heliodorum,
 cuius uerba registrata sunt in c. non om-
 nes episcopi. 2. q. vii. Non omnes episcopi
 sunt episcopi. Attende Petrum: ludã con-
 sidera, Stephanum suscipe: Nicolaũ reij-
 ce. Non facit ecclesiastica dignitas chri-
 stianum. Et Chrysost. super Math. inquit,
 multi sacerdotes, pauci sacerdotes: multi
 in nomine, et pauci in opere. Videte ergo
 fratres quomodo sedetis super cathedrã,
 quia non cathedra facit sacerdotem: sed
 sacerdos cathedram, non locus sanctifi-
 cat hominem: sed homo locum. Ista habẽ
 tur in c. multi. 40. distin. & episcopis dici
 potest illud, quod habetur Prover. vi. Nõ
 dederis somnum oculis tuis, nec dormi-

De residentia Episcoporum

mitent palpebrae tuae. super quo Hiero. dicit quod somnum oculis dat: qui subditorum curam negligit, dormitat autem: qui reprehensibilia eorum gesta cognoscit, sed haec propter mentis tedium digna inuentione non corrigit.

- 1 Episcopi tenentur annis singulis ecclesias suae dioeceseos uisitare.
- 2 Episcopus si aliquo iusto impedimento detentus erit, poterit uisitare per alium.
- 3 Episcopus iuri uisitandi nullo pacto renuntiare potest.
- 4 Episcopi tenentur de extorsionibus quae fiunt per uisitantem eius nomine.
- 5 Negligentia in episcopo turpissima est.
- 6 Episcopus iusta cessante causa non residens & fructus sui episcopatus percipiens, manducat panem doloris.

Capitulum duodecimum:

1 **T**enentur episcopi annis singulis ecclesias suae dioeceseos uisitare c. decernimus. c. episcopum, & c. relata. x. q. i. cap. Cum uenerabilis. §. quia ergo, extra. de cen-

sibus, & latè per Marianum sonzinū se-
 niorem & per Pauinum in eorum tracta-
 2 tibus de uisi. † Quòd si forte episcopus uel
 infirmitate detentus, uel maioribus impe-
 ditus negotijs, huiusmodi officium per se
 adimplere non possit: id per alium suffi-
 ciētē adimplere poterit. ead. causa. & q.
 c. ep̄s per cunctas, & c. si episcopus de off.
 ordi. lib. vi. & ibi not. per doct. maxime
 3 per Petr. de anch. † et huic iuri uisitādi ep̄-
 scopus nullo pacto renuntiare potest: cū
 uisitare & corrigere sit publicum ius, ut
 per Præposit. in d. c. relata, & episcopi ui-
 sitantes eorum diœceses in primis & an-
 te omnia diligenter inquirere debent, de
 clericorum uita & moribus. Item de ba-
 ptismo, de ordine missarum, & de officijs
 in ecclesia celebrandis, ut not. x. q. i. cap.
 Placuit, & ibi Præposit. & dicebat Car-
 din. S. Xysti in d. cap. relata, quòd sanctè
 statutum est, quòd episcopi omni anno
 suas uisitent diœceses. Primo, ut errores
 & hæreses extirpent: Secundo, ut nouos
 in fide instruant, Tertio, ut confirment
 exemplo Apostolorū, qui cum audissent
 quòd Samaria recepisset uerbum Dei,

De residentia Episcoporum

miserunt ad eos Petrum & Ioannem, qui imponentes manus sup illos, accipiebant Spiritum sanctum, Actu. viij. in quo intelligitur sacramentum confirmationis, quod a solis episcopis, non ab alijs inferioribus, conferri potest: & non solum tenetur episcopus in uisitatione confirmare subditos in fide, & inquirere de moribus emendatione dignis: sed in praedicatione uerbi Dei, & in lucris animarum, potius quam in depredandis & spoliandis subditis, & scandalizandis fratribus, operam dare debet: ut in concilio Cabilonensi statutum fuit, de quo habet in c. cauendum. x. q. 3.

Hoc onus uisitationis episcopi non residentes adimplent per eorum Vicarios seu Suffraganeos mercenarios, quorum aliqui saepenumero potius lucrum quam animarum salutem quaerunt, subditos excoriantes: mercenarii enim sunt, nec de ouibus curant. Hinc est quod subditi non uidentes eorum pastorem, deprauantur in moribus, labuntur in haereses, lapsi non resurgunt, cum non sit qui eos corrigat & moneat. Ideo dicebat Hier. super. 34. Ezech. de episcopis loquens, dispersus est popu-

lus Dei, uel uitij, uel hereticorum errore,
 eo quòd non esset pastor bonus, qui pone
 ret animam suam pro ouibus: sed omnes
 mercenarij, qui lucra tātum de gregibus
 considerant, & cum lupum uiderint fu-
 giunt, quorum negligentia grex Domi-
 4 ni deuoratur à bestijs. † Et sciant episcopi
 quòd quando per alium suā diocēsim ui-
 sitant, si uisitans in uisitatione delinquat
 plus debito extorquendo à subditis, ipsi
 de hoc tenētur, ut habetur per Ioan. andr.
 in cap. si episcopus, & ibidem Archid. de
 off. ordi. in. vi. facit in argumentum tex. in
 l. i. in fi. ff. de exercit. & in. l. obseruari. §.
 proficisci. ff. de off. procons. Si episcopi ut
 humano diuinoq; tenētur iure in eorum
 ecclesijs residerēt, & eorum subditos per
 seiplos uisitarent, curamq; sibi à Deo cō-
 missi gregis haberent, intēderentq; extir-
 pationi falsæ doctrinæ (ut facere debent
 utq; habetur in glo. Nicolai de lira super
 1. ad Timoth. 1.) utiq; respub. christiana,
 quæ nunc tot tantisq; exagitur procel-
 lis, in portu (ut aiunt) nauigaret. Nec Tri-
 dentinum fortè sacrosanctum concilium
 conuocare, ad extirpandas hæreses, & mo-

De residentia Episcoporum

rum, disciplinæq; ecclesiasticæ reformationem faciendam, fuisset opus. † ¶ Et quæuis negligentia in episcopo turpissima sit cum ei ecclesiæ cura demandetur, ut inquit Cardi. in d. c. relata. x. q. i. Abhominabilis profecto in eo erit non residere iusta cessante causa, † & ideo episcopis non residentibus & fructus, redditus & prouentus eorum episcopatum percipientibus, nõ solum dici potest quòd colligunt ubi non seminant, ut habetur Math. 35. quin immo colligunt ubi destruunt: sed ueh illis, panẽ etenim doloris comedunt, reddituri rōnem ante tribunal Dñi, in tremendo illo uniuersalis iudicij die, scriptum est. n. qui non laborat non māducat. 2. ad Tessa. 3. & forte nõ immerito dixerit quis magnã partem tot errorũ, de quibus in dicto sacrosancto cõcilio tractandũ esse tradit, ex nõ residentia epõrũ processisse, uel saltẽ ad summũ multiplicasse atq; creuisse.

- 1 Episcopi sunt columnæ ecclesiæ.
- 2 Ep̃i quare dicantur colũnæ ecclesię.
- 3 Episcopi non residẽtes cessante causa non sunt columnę ecclesiæ.

4 Episcopus non sollicitus in prædicationis officio, dicetur canis mutus latrare non ualens.

Capitulum decimumtertiū.

1 **N**osse deberent episcopi se ecclesie colūnas esse, ut not. Cardi. 2. q. 7. c. Accusatio, de quibus loquitur psalms. 74. Ego confirmaui columnas eius. & de episcopis loquens tex. in c. 1. 3. q. 8. inquit Accusatores episcoporum omni careant suspicionem, quia colūnas suas dñs firmiter stare uoluit: non à quolibet agitari. † Colūnæ ecclesie dicuntur episcopi, quia per eos tanquam columnas sustentari debet ecclesia. Hi sunt colūnæ, quibus domus ecclesie innititur, Iudicū 16. Hi sunt colūnæ ligni Sethin, qui debent etiam imputribiles per munditiā esse: Exo. 36. & auro charitatis cooperiri debent, ut colūnæ tabernaculi, Exo. 36. Ornari debent uelut colūnæ argenteæ diuinorum eloquiorum, ut casta habeant eloquia, & examinata ut recta prædicent: nā dicitur. 1. ad Timoth. 3. Oportet episcopum doctorem esse. Hi sunt colūnæ grææ, de

De residentia Episcoporum

quibus. 4. Reg. c. 25. ærei enim esse debent
episcopi per donum fortitudinis, ut sint
in bello huius presentis militiæ fortes, &
cum antiquo serpente pugnent. Hi sunt
columnæ marmoreæ: de quibus Hester. 1.
& Cant. v. quia episcopi per mundiciam
castitatis albi esse debent, & frigidi, con-
tra luxuriæ ardorem: stabiles & firmi, con-
tra aduersa: ita dicit Card. in præallega-
3 to c. 1. 3. q. 8. † Quomodo ergo columnæ
ecclesiæ dicentur episcopi, legitima cessan-
te causa, non residentes: quō solliciti erunt
& uigilantes circa pauperum defensionem:
relevationem oppressorum & tuitionem
monasteriorum: ad quæ de iure tenentur,
& ea si facere neglexerint, aspere corrigē-
di sunt. ut habetur. 84. dist. c. 1. Vbi Card.
in. 2. col. facit tex. in c. ad reatum. 81. dist.
& in c. episcopus. 88. dist. & c. 1. et. 2. 87. di-
stinc. & c. nuntiatum, & ca. peruenit. 84.
dist. Et nisi episcopus sollicitus sit corrige-
re malos & delinquentes: ei imputabun-
tur subditorum peccata c. 1. 86. distinc. &
ideo dicebat Eusebius in epistola de mor-
te Hieronymi ad Damasum, Quot enim
uel nostro exemplo, uel nostri negligē-
tia,

ria, peccatis moriuntur: tot de manu nostra requireret dominus, quanto enim estis altiores gradu: tanto maioribus cruciabitur cruciatibus. Non estis domini: sed
 4 Pastores. † Et nisi episcopus sollicitus sit in prædicationis officio, & in docendo: dicitur canis mutus latrare non ualens. Esa. lxi. c. Si Rector. 43. distinc.

1 Episcopus uti pastor sollicitus esse debet in custodiendis ouibus sibi commissis.

2 Ab episcopo requireret dñs ouē que sua negligentia perierit.

3 Episcopo imputat̃ si qua ouis eius negligentia pereat.

4 Episcopus intentus esse debet hæresum extirpationi.

5 Episcopus remissus in extirpatione hæresū, remoueri debet ab ep̃atu.

6 Docentes hæreses expellendi sunt & seuerè puniendi.

7 Hæresis labes dicitur.

8 Diligentia in quocunq; opere mater est, Nouerca eruditionis est negligentia;

G

Capitulum decimumquartū.

1 **E**T inquam pastor Episcopus nu-
 triendi, pascendi, & diligenter custo-
 diendi, oues sibi commissas, aduersus lu-
 pos sollicitus esse debet: de quo habet Lu-
 ca. 2. Pastores erant in eadem regione ui-
 gilantes, & custodientes uigilias noctis,
 2 super gregem suum. † Et debet episcopus
 inquam est speculator sollicitus esse,
 & animabus subditorum inuigilare, ne
 ipsarum aliqua persecutoris gladio pe-
 reat: quoniam quæ sua perierint negligē-
 tia: de manu eius requireret Dominus, di-
 cente Domino per prophetam Ezechiel.
 c. 33. Et si speculator uiderit gladium ue-
 nientem, & nō insonuerit buccina, & po-
 pulus nō se custodierit, ueneritq; gladius
 & tulerit de eis animā: ille quidem in int-
 3 quitate captus est, † sanguinem autē eius
 de manu speculatoris requiram, & dicit
 glo. in c. tua nos, in uerbo iuramēti, extra
 de eccles. ædifican. quod si propter episco-
 pi negligentiam aliqui perierint: ipsi im-
 putabūt. allegat. 26. q. 6. c. si presbiter. Et
 beatus Benedictus in sua regula ad Ab-

batem loquens inquit. Magnopere debet sollicitudinem gerere Abbas, & industria sua curare, ne aliquam ex ouibus sibi creditam, perdat: Nouerit enim infirmarum se curam suscepisse animarum: nō super-
 sanas tyrannidem.

- 4 Inter cætera ad hæresum extirpationem summopere intentus esse debet ep̄s & in hoc inuigilare, ut not. doct̄. in c. excōicamus. §. uolumus, de hæret. & ibi Cardin. Zabarella. Et cum ad hæreticos extirpandos idoneus esse debeat glo. in c. In causis
- 5 §. quia uero. † Et ibidem idem Card. in. 4. not. de elec. si episcopus in hoc sit remissus, remoueri debet. Idem uolunt doct̄. in d. c. excōmunicamus in. §. uolumus, & ibi
- 6 Abb. † Et obstare principijs debent ep̄i, cū modica fauilla sit, nisi ei in tempore occurrat, sæpe magna fiat. Ideo docētes hæreses, abijciendi sunt: & seuerè puniendi, unde Ap̄ls. i. ad Cor. v. dixit, auferte malū à uobis ipsis, modicum. n. fermēti totā massam corrūpit, facit illud Poetę. Morbida facta pecus totum corrūpit ouile, et alibi dixit principijs obsta, sero medicina parat, cū mala p̄ longas conualuere moras,

G ij

De residentia Episcoporum

Nec me quisquam increpet, si quandoq̃
Poetarum uersus allego in hoc libello, nā
& Augustinus Lucani uersus allegauit,
ut habetur in cap. Nec mirum. 36. q. v. Et
Hieronimus Vergilij carmina, ut habet̃
de consecr. dist. v. c. nuncq̃. Quinimmo &
Bar. solēnis doctor ac ciuilis lumen iuris
in. l. 1. C. de digni. li. x. allegauit uersus uul-
gares Dantis, & Hier. cuius uerba habē-
tur in c. Resecandæ. 24. q. 3. dixit q̃ Ar-
rius una scintilla in Alexandria fuit, &
quia cito non est extincta, totum orbem
7 depopulata est flāma eius. † dicitur enim
hærelis labes, clemen. 1. §. 1. de hæret. & est
contagiosa sicut lepra, eadem clemen. 1. §.
vtrum, & ibi Cardi. Zabarella, ideo nisi
ei in tempore occurratur, admodum cre-
scit, ut accidisse uidemus nostris hisce tem-
poribus in hæresi Lutherana, quæ cum à
principio curari debuerit, quod & facilli-
me fieri potuisset, neglecta ab his, quibus
tunc id curæ esse debuerat, adeo creuit ut
debacchetur per omnes ferè christianorū
partes: quo factum est ut pro illius extir-
patione sacrosanctū Tridentinum conci-
lium congregare necesse fuerit. Quod si

episcopi in suis (ut tenetur) resedissent ec-
 clesijs, & dominici gregis curam non ne-
 glexissent: hæresis prædicta tot saltem &
 tantas sibi non uendicasset uires, & ideo
 benedicebat Hiero. super. x. Eccles. quod
 per negligentiam episcoporum omnis eccle-
 siæ corruet altitudo: cum illecebræ sint,
 ubi tegmen putabatur esse uirtutum. Stue-
 debit igitur episcopus quantum enixius
 poterit principijs obuiare, nam ut iuriscō-
 sultus inquit, melius est in tempore occur-
 rere, quàm post uulneratã causam reme-
 dium sumere. Euigilabit in corrigendis
 subditorum erroribus, in quo omnẽ eius
 8 diligentiam & studium ponet, † nam si-
 cuti in quocunq; opere diligentia mater
 est: ita nouerca eruditionis est negligen-
 tia, c. nihil. 83. distinc.

- 1) Negligẽtia in episcopo turpis est. 1
- 2) Episcopus ab officio suspẽdendus
 est, si negligens sit punire clerico-
 rum incoestus & fornicationes.
- 3) Ep̃s non corrigens subditorũ crimi-
 na, canis impudicus dicẽdus est.
- 4) Delinquentium culpæ in negligen

G iij

De residentia Episcoporum

tem episcopum referuntur.

5 Negligentia episcoporum ipsis tria affert mala.

6 Error cui non resistitur approbat.

7 Tria sunt mala quæ in subditorum dānum ex ep̄i negligentia resultāt.

8 Delictum quod non corrigitur facilius multiplicatur.

9 Qui non corriguntur facilius delicta continuant.

10 Tria mala resultant ex episcoporum negligentia in totius uniuersitatis detrimentum.

11 Difficilius corrigitur malum quod in plures transit.

12 Remissio in praelato æquiparatur pigritiæ agricolæ.

13 Episcopi onus ingens est.

Capitulum decimumquintū.

1 **T** Vrpis admodū in episcopo est negligentia. Illa nanq̄ non solum sibi, sed et alijs nocet, unde Apl's. 4. ad Timo. inquit, noli negligere gratiam, quæ in te est. Ne sint ergo episcopi negligentes, sed

subditorum curam cum omni sollicitudine habeant. Eis enim Apłs ad Romanos c. viij. ait, sollicitudine non pigri, spū feruentes, domino seruietes. Et Greg. in c. nuntiatum. 84. distinc. reprehendit episcopos Campaniæ, qui uigilantes non erant circa subditorū curam, mandans illos mone ri dicens, quòd si moniti non se corrigāt ad eum mittantur. Et episcopus, qui corripere subditos negligit, eo ipso uidetur dare & permittere securitatem delinquēdi, ut not. Cardi. in c. si rector. 43. dist. Iustitiæ enim inimica, bonitas est, palpare criminosos & eorū uulnera in diem iudiciū incurata reseruare c. Si quis diaconus. 50. distinc. Et dicebat Grego. cuius uerba refert Card. in d. c. Si rector, quòd plerunq; nimis taciti, dum quorundam mala respiciunt, & cum silentio linguam premunt: quasi conspectis uulneribus usum medicaminis subtrahunt, & eo mortis auctores fiunt: quo uirus, quod loquendo poterant eijcere, noluerunt. & dicitur in ca. Si quis episcopus. 83. distin. & fuit decretum Gregorij viij. † quòd episcopus negligens fornicationem clericorū, uel crimē incoer

G iij

De residentia Episcoporum

stus in sua parrochia commissum punire, ab officio suspēdi debet. Ideo Symachus Papa dicebat non esse grandem differentiam an læthum inferas uel admittas: nā mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cum posset nō excludit, ut habetur. 83. dist. c. 1. Et ideo dicebat Aug. cuius uerba habent in c. nemo quippe, eadē
3 dist. † q̄ episcopus, qui subditorū crimina non corrigit: magis canis impudicus q̄ episcopus dicendus est. Error enim cui non resistitur, approbatur: et ueritas cum minime defenditur, opprimitur, & negligere cum possis perturbare peruersos, nil aliud est quàm illis fauere: cum nō careat scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Hæc habent in c. error ead. 83. distinc. & in c. facientis. 86. dist. nec prodest episcopo suo nō polui errore, si consensum per negligentiam erranti præstet, ut dicebat Pius, cuius uerba habentur ead. dist. c. quid enim, & dicebat Greg. quòd erranti consentire uideatur: qui ad refecanda quæ corrigi debent non occurrit. c. consentire ead. 83. distinc. c. ostendit. xi. q. 3. & Anacletus Papa con

tra episcopos, qui ut subditis placeant, & ab illis ament, eos non corrigunt, inquit: Nihil illo pastore miserius, qui gloriae luporum laudibus: quibus si placere uoluerit, atque ab eis amari elegerit, erit inde ouibus magna pernitias. † Et delinquentium culpæ in negligentem episcopum referuntur, qui eos neglexit corrigere, ut habetur in c. i. et. 2. 86. dist. Episcopus etenim probat se uitia odio habere, si errantes condemnet: cum primus innocentiae gradus sit, odisse nefanda. & dicitur quod latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate consensum: nec prodest alicui proprio non puniri, qui alieno peccato puniendus est. Hæc Ioannis. 8. uerba sunt, quæ habentur in c. facientis. 86. dist. & dicitur in Canone Apostolorum c. 57. quod episcopus, qui negligentius circa clerum aut populum agit, nec eum in pietate erudit, à comunione segregari debet: Si uero in ea socordia perseueret, deponitur, et dicebat Isidorus quod prælati negligentes in correctione culparum subditorum, assimilantur dormienti, de cuius manu cadit baculus pastoralis, ut refert Cardi. in d. c.

De residentia Episcoporum

- Si quis episcopus col. 1. numero. 3. 83. dist.
- 5 Ex episcoporum negligentia ipsis tria mala sequuntur secundum Cardi. in c. Si quis episcopus. 83. distinc. Primum est confusio, nam sicuti patri honor est bonos habere filios: ita filiorum malitia in patris confusionem recidit Eccl. 22. ca. confusio enim patris, est de filio indisciplinato. Secundum malum est, culpa subditorum, quorum namque culpa in suum transeunt prelatum, qui eos non corrigit. 23. q. 4. ca. Si is qui, & ead. causa. q. 5. ca. qui uitijs. Ideo dicebat Gregorius in suo pastoralis, quod si Rector minus contra culpas attendat, culparum omnium reus ipse tenetur. Exemplificat in medico, cuius negligentia si infirmus perierit, ipse reus mortis erit infirmi cap. 1. 81. distinc. ubi dicit ille text. non esse differentiam an loethum inferas uel admittas, mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit non excludit, facit text. in cap. facientes. 86. distinc. ad idem facit text. in cap. error. eadem distinc. ubi dicitur quod error, cui non resistitur approbatur, & ueritas cum minime defenditur opprimi.

tur, negligere quippe cum possis per-
 turbare peruersos, nil aliud est quàm eis
 fauere, nec caret scrupulo societatis oc-
 cultæ qui manifesto facinori desinit ob-
 uiare. Nam consentire erranti uidetur,
 qui ad refecanda quæ corrigi debent non
 occurrit. 83. distinct. cap. consentire, fa-
 cit illud Senecæ Tragoedia. 6. qui non
 uetat peccare, cum possit, iubet. Ter-
 tium malum dicit Cardin. loco prædi-
 cto esse poena temporalis, quia tales epi-
 scopi deponendi ueniunt, ut in dicto ca-
 pit. Si quis episcopus, Hinc dixit Domi-
 nus. i. Regum cap. 4. eo quòd nouerat
 Heli indigne agere filios suos, & eos non
 corripuit, Iurauí domui Heli quòd non
 expiatur iniquitas domus eius uictimis
 & muneribus in æternum.

7 Tria alia demum dicit idem Cardina:
 præallegato loco esse mala, quæ ex præ-
 latorum negligentia in corrigendis sub-
 ditis procedunt, in eorundem subdito-
 rum delinquentium damnum. Quo-
 rum Primum est excæcatio. Nam de-
 linquens, interdum cum non corrigi-
 tur, id quod facit, credit uel non esse

De residentia Episcoporum

malum, uel minus malum. Ideo dicebat Gregorius, Nonnulla uehementer increpanda sunt, ut dum culpa ab auctore non cognoscitur quanti sit ponderis: ab increpantis ore sentiatur. & dicitur Prouerb. cap. xxix. Virga & correptio tribuit sapientiam.

- 8 Secundum malum est multiplicatio delictorum. Nam facilius delictum multiplicatur quod non corrigitur, allegat Bernardum dicentem quod impunitas, est scelerum mater, radix impudentiæ, transgressionum nutritrix, & licet locum non citet, scias id Bernardum dicere in lib. de consideratione, libr. 3. ubi dixit quod impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutritrix est. Et dicitur Eccles. c. 8. quia non fertur cito contra malos sententia, idcirco absque timore ullo filij hominum mala perpetrāt, ad quod facit quod dixit Hier. ad Paulinum c. 4. quod seruitores Dei quantum ædificant in ecclesia Dei ex uitæ merito: tantum nocent si destruentibus non resistunt, & dicebat Ambro. super epistola. i. ad Corinth. quod peccatum unius, quod

- cognitū non arguit, multos contaminat.
- 9 Tertium malum, quod in damnum subditorum redundat ex episcoporum negligentia: dicit idem Card. in d. c. si quis episcopus. 83. dist. erit perditio: nam qui non corriguntur, facilius delicta continuant, & tandem perduntur, allegat id quod habetur Prouer. xxij. ubi dicitur, Noli subtrahere disciplinam à puero, si enim percusseris eum uirga: non morietur, Tu uirga percuties, & animam eius de inferno liberabis. facit quod habetur in c. ut clericorum, de uit. & honest. cleri. & 23. q. 4. c. est iniusta quod facilitas ueniæ incentiuū tribuit delinquendi. Ideo dicebat Cassiodorus lib. i. epistol. 15. malum cum perseuerat augetur, & remediabile bonum est accelerata correctio. & Senc. in lib. de moribus dicebat, uitia transmittit ad posteros: qui presentibus culpis ignoscit.
- 10 Rursus dicit idē Card. in d. c. si quis episcopus, Tria alia esse mala, quæ ex Prælatorum negligentia resultant ex nō correctione errorum ipsorum subditorum, quæ in damnum totius uniuersitatis redundant. Primum quorum esse dicit infectionem,

De residentia Episcoporum

nam sicuti morbida ouis, nisi sanetur, totum inficit gregem: sic unius peccatum non correctum, alios inficit, Allegat ad hoc Origenem super illud Nume. xxv. suspende puerum, In patibulo coguntur propositi rationem reddere, ne forte non docuerint, non monuerint, nec sollicitate arguerint eos, qui peccatum peccauerunt, Ne contagiū dispergeretur in plures.

¶ Secundum malum esse dicit corrigendi difficultas, nam quanto in plures transit infectio: tanto difficilius erit corrigere, adducit glo. ordi. super illud Iob. 4. ca. stamus, se prementibus dicens quod qui diuisi corrigi potuerunt: iniquitatum suarum pertinacia uniti perdurant, facit illud Poetae, sero medicina paratur, cum mala per longas conualuere moras.

Tertium malum quod in uniuersale damnū redundat dicit esse rebellionem ad omne bonum, nam delictum incorrectum, non solum inficit alios: sed ineptos omni bono reddit, ita ut nullum ad eos spirituale bonum ualeat introduci, Iob c. xiiij. Vna uni iungitur, ne spiraculum quidem incedat per eos, quod ideo dicitur secundum

glo. Ibi, quia nulla spiritualis exhortatio apud tales proficit, propter quæ omnia meritò prælatus negligens subditorum peccata corrigere rationabiliter uenit uituperandus & puniendus. † Hinc dicitur quod remissio in prælato æquiparatur pigritiæ agricolæ, Prouerb. c. 24. Per agrum pigri hominis transiui, & per uineam uiri stulti, & ecce totum repleuerunt urticæ, & operuerant superficiem eius spinæ. Et remissio in prælato est sicut defectus latratus in cane gregem seruante, quem lupo inuadit, ut inquit Cardi. in c. Sed illud non ociosè. 45. dist. col. 2. uersi. Circa secundum facit illud Esaia c. 56. Canes muti non ualentes latrare, de istis loquens Theophilactus Archiep. Bulgariae super Lucæ. 12. Scio etenim, inquit, multos, qui uidentur uirtute ac pietate & fide præditi damnosos esse ecclesiæ, & non solum facultates, sed etiam animas perdere. Exempli gratia, peccauit quispiam peccato, quod animam offendit, nisi prudens sit qui præsidet, & tantum habeat uirtutem absque iudicio uel ex immodica increpatione, uel ex intempestiua illius mansuetudine cor

De residentia Episcoporum

ripitur is qui lapsus est, & non sanatur, sed conteritur.

Nec parcere debent episcopi si quando uiderint aliquem in hæresim lapsum ne illum corrigant, sæpe etenim dum uni parcunt, uniuersis exitium moliunt, ut inquit tex. in d. c. Sed illud nõ ociosè. 45. dist. dicens quòd uni parcere, est omnes in discrimen adducere: quia ex uno peccatore populus polluitur, sicuti ex una oue morbida uniuersus grex inficitur. Et ideo dicebat Hier. cuius uerba recitantur in c. ressecanda sunt putridæ carnes, et scabiosa ouis à caulis repellenda: ne tota domus, massa, & peccata ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant, & quanto doctior erit episcopus: tanto grauius peccat cum negligit subditorum curam. Et Theophylactus super illud Lucae c. 12. teneamus inquit, fratres (de episcopo loquens) si is qui nihil scit omnino dignus est plagis: quæ excusatio liberabit eos, qui scienter deliquerunt: maxime si doctores fuerint, grauior enim est eorum condemnatio.

Ingens est profecto episcopi onus. Ideo
13 **Ch**risostomus in lib. 6, de sacerdotio **T**o
mo. 5.

mo. 5. de se ipso loquens inquit: & confide-
rans quàm graue esset, ab eo ipso die, quo
tute episcopatus suspicionem hanc inieci-
sti, factum est idētidem, ut corpus hoc ab
anima propemodum dissolueretur: Tā
ingens pavor, tam ingens mæstitia, ani-
mum meum occupauit. Nam cum apud
me cōsiderarem Christi sponsæ gloriam,
sanctimoniam, uenustatem, spiritualem
prudentiam, ornatum, Tum uero animi
mei uitia expenderem: fiebat ut assiduis
tum illatum etiā me gemitibus luctibusq;
prosequerer. Quo in animi angore, dolo-
req; dum uersarer. hisce memet uerbis cō-
ueniebam, Quis nam cōsiliū huius auctor
fuit? Quid tandem tantum peccauit eccle-
sia Dei? Quænam tāta res ipsius ecclesiæ
dominium excitauit, induxitq;, ut illam
tanto cum eius dedecore, mihi mortaliū
omnium ignominiosissimo, regendam
traderet. Et idem Chrysostomus. libr. 3. de sa-
cerdotio similiter de episcopo loquēs in-
quit, Nam quē nulla cupiditas trahit ut
se in eo munere collocatum ostentet, ac
tanq; digito ab alijs monstretur, is certe
ab eo solio deturbari non formidat. Por-

H

De residentia Episcoporum

ro autem qui id non formidat: hic cum ea libertate, quæ christianas mentes decet omnia exequi poterit, dura enim, acerba, atq; adeo multis referta incommodis illorum est seruitus: qui honoris huiusmodi casum reformidant, ob quem sæpenu-mero fit ut hominum & Dei optimi de- fensionem subire cogantur. Et inquit Gre- gor. in .i. parte sui pastoralis c. 8. quòd tunc bonum fuit episcopatum quærere: quan- do per eum unumquẽq; dubium nõ erat ad supplicia grauiora peruenire.

- 1 Episcopi canones seruare, & à sub- ditis seruari facere debent.
- 2 Episcopi appellantur custodes sa- crorum Canonum.
- 3 Episcopus Canones non seruãs di- cetur canis impudicus.
- 4 Ab episcopo Canones non seruan- te recedi potest.
- 5 Subditi resistere possunt episcopo Canones non seruanti.
- 6 Episcopus quando dicat Canones ex contemptu non seruare,
- 7 Episcopus compellere debet subdi-

tos ad Canones seruandos.

8 Episcopus Canones non seruans, magis punitur c̄b secularis Princeps leges contemnens.

Capitulum decimum sextū.

1 **E** piscopi Canones seruare, & à subdi-
tis suis seruari facere debent, quia sa-
croꝝ canonum ministri sunt. xxi. dist. c. i.
Ioan. Monach. in cap. cupientes, de elect.
lib. vi. numero. 121. Ad idem tex. in clemē.
1. de æta. & qualit. & c. cum simus. ix. q. 3.
in quibus locis habetur quòd episcopi ca-
2 nones seruare non uiolare debent. † Im-
mo appellantur episcopi custodes sacro-
rum canonum. 24. q. 3. c. Cum quilibet,
in fine, & alibi dicuntur ministri sacrorū
canonum & decretorum Pontificum. 21.
dist. c. i. Ideo non debet episcopus à regu-
lis, à sacris canonibus præstitis negligē-
tia uel præsumptione discedere. 22. q. 2. c.
Igitur, in fine. Nec canones uiolare. 61.
distin. c. statuimus. xi. dist. c. 2. xij. distin. c.
ridiculum, & scriptum est. ix. q. 3. q̄ episco-
pi debitores sunt sacras regulas custodi-

H ij

De residentia Episcoporum

- re. 9. q. 3. cap. Cum scimus, & habetur per Paul. de cast. in consi. 403. incipiente Illa,
- 3 quæ infirmari in i. uolu. † Et episcopus canones non seruans, dicitur canis impudicus, Ita dixit Dominus Angel. de clausio, in sua summa, quæ Angelica nuncupatur in uerbo episcopus allegat. 2. q. vii. c. qui nec regimini. Quinimo si episcopus canones non seruat, uel non seruari faciat, uenit contra proprium iuramentum. ut not. Card. Zabarella in c. Ego enim, in i. not. extra de iur. iuran. & Abb. in c. sciscitatus col. 2. de rescrip. & est periurus ut not. idem Abb. in d. c. Ego. n. allegat glo.
- 4 in c. sacerdotes. 2. q. vii. quæ uoluit, † q. à prælato non seruante canones potest sicuti ab excoicato recedi, quod ultimū procedere dicit idē Abb. quando episcopus ex contēptu canones non seruat, nec ab alijs seruari facit, aliàs secus esset ut etiam habetur per Felyn. in d. ca. Ego enim, col. 3. Et idē Fely in c. Cum non liceat de præscrip. Et ibidem Abb. Et si episcopus canones non seruat, subditi ei resistere possunt Fely. in c. Si quando col. 1. de rescrip. & habetur p̄ glo supra alleg. in d. c. sacer

dotes. 2. q. 7. Sequit̄ Roma. singulari suo
 494. incipiente Curialis. & Fely. in d. c.
 Ego. n. et in d. c. Si qñ, & in d. c. Cū non li
 ceat, col. 3. & in c. 1. col. 3. uerſi. capio, de cō
 6 ſti. Præpoſ. in c. nulli fas col. 1. 19. diſt. † Di
 citur autem episcopuſ canoneſ ex contē
 ptu non ſeruare, quando illiſ ſine cauſa
 contrauenit ſecundum glo. in cap. metro
 politanum. 2. q. viij. Felyn. in dicto c. Ego
 enim, colum. 2. numero. 7. de iur. iuran.
 Et circa hoc quādo dicatur quiſ aliquid
 in contemptum facere, uide quæ allegat
 & copioſe ſcribit Felyn. in cap. 2. de ma
 7 torit. & obediē. † ¶ Et compellere debet
 episcopuſ ſubditos ad ſeruandos cano
 neſ, ut habetur in cap. Subdiaconuſ. 32.
 diſtinct̄. Vbi Præpoſit. not. ad quod alle
 gat text. in clemen. 1. de offi. ordin. Quo
 modo ergo episcopum non reſidentem
 canoneſ ſeruare dicemus? Quomodo il
 loſ à ſubditis ſeruari faciet, quos non re
 ſidendo ipſe ſeruare recuſat? Sponſam
 etenim ſuam eccleſiam, cui ex canonum
 & diuinæ legiſ præcepto adherere debet,
 derelictam reliquit, & ſubditorum curā
 ſibi à ſacriſ canonibuſ pariter demanda
 H iij

De residentia Episcoporum

tam subire renuit. Et cum ipse canones non seruet, quinimmo illis contraria operetur, iam non amplius canonum custos, observator, aut minister dici poterit: sed illorum transgressor, ubi legitima eum non excuset causa cur non resideat. † magis. n. delinquit episcopus canones non seruans: quam secularis Princeps leges contemnens, cum magis episcopi canonibus astringantur: quam legibus principes seculares, ut uoluit Alexan. de Imol. consil. suo 1. in. 5. uolumine.

1 Persequutio quam patitur episcopus an sit iusta causa non residendi.

2 Episcopi obligant se ad exequendum pastorale officium propter salutem subditorum.

3 Episcopi esse debent in fide integri, in praesura probati, & in persecutione proscripti.

4 Episcopi debent esse constantes in tribulatione.

5 Episcopus gregem suum relinquere non debet ubi salus subditorum requirit eius praesentiam.

- 6 Utilitas plurimorū utilitatī unius præfertur.
- 7 Episcopus excusatur à residendo quando propter ecclesiæ suæ cōmodum se absentat et ecclesiæ potest æque bene per aliū deseruiri, Idē si propter p̄sonæ suę periculū.
- 8 Petrus fugit Herodis furorem.
- 9 Episcopus quādo licite fugit ut euitet persequutionem.
- 10 Qui episcopos persequitur Christū persequi dicitur.
- 11 Episcopus qui Monachus efficitur excusatur à residentia.
- 12 Episcopus ex quibus causis licite petat sibi indulgeri ut suam possit dimittere ecclesiam.
- 13 Episcopus si ignoret scientiā in qua regere debet suam ecclesiam licite illam dimittere potest.
- 14 Competēs scientia in ep̄o tolerat̄.
- 15 Episcopus omnino indoctus non est tollerandus.
- 16 Ep̄i indocti sunt asini deferrati.
- 17 Episcopus indigne promotus decapitari meretur.

H iij

De residentia Episcoporum

- 18 Malitia plebis cui episcopus preest est iusta causa quod episcopus petit licite sibi suam ecclesiam dimittere.
- 19 Pro evitando graui scandalo licite episcopus suam dimittit ecclesiam.
- 20 Bigami non possunt eligi in episcopos.
- 21 Bigami ex dispensatione Papae licite promouentur ad episcopatum.
- 22 Paulus apostolus bigamiam instituit.
- 23 Papa facilius dispensat cum bigamo interpretatiuo quam cum uero.
- 24 Bigamus ex dispensatione papae potest etiam esse cardinalis.
- 25 Episcopus episcopatum dimittere non potest etiam ex causa sine auctoritate papae.
- 26 Episcopus tenens regalia ab imperatore a quo uocatur licite excusatur a residentia.
- 27 Episcopus uno & eodem tempore uocatus a rege & a pontifice prius ad pontificem ire debet.
- 28 Episcopus ad regis curiam non uocatus accedere non debet.
- 29 Episcopi negligentes punire subditorum errata appellantur canes impudici.

- 30 Episcopus promotus ad cardinalatum excusatur à residentia suæ ecclesiæ.
- 31 Cardinales dicuntur pars corporis Papæ.
- 32 Cardinales episcopi iurant fidelitatem Pontifici ut faciunt cæteri episcopi.
- 33 Papa cum cardinalibus totum orbem iudicat.
- 34 Cardinales sine licentia Papæ excuria discedere non possunt.
- 35 Status cardinalium à Deo institutus est.
- 36 Cardinales assistunt papæ sicuti apostoli Christo.
- 37 Episcopus cui propter infirmitatē necesse est aerem mutare, excusatur à residentia.
- 38 Episcopus uocatus ad curiam Romanam excusatur à residentia.
- 39 Allegans impedimentū illud probare tenetur.
- 40 Episcopus absens ab eius ecclesia pro tractandis negotiis uniuersalis ecclesiæ excusat à residentia.

De residentia Episcoporum

41 Episcopus stans ad seruitia papæ excusatur à residentia.

42 Episcopi qui sunt auditores Rotæ clerici Camere apostolicæ uel secretarij papæ, an à residentia excusantur.

Capitulum decimumseptimū.

Sed quæritur, quibus casibus episcopi excusentur à residendo in sua ecclesia, & primo uidendum est si episcopus aliquam persecutionem patiatur, an ista sit iusta causa non residendi, Circa hoc Thomas. 2. 2. q. 185. artic. 5. ad partes arguit & pro parte negatiua quòd episcopo non liceat etiam propter persecutionem temporalem corporaliter deserere gregem suum, adducit illud Ioan. x. quòd ille est mercenarius non uere Pastor, qui uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit. Vnde dicit Gregorius in homelia, quòd lupus super oues uenit, cum quilibet iniustus & raptor fideles quosq; ac humiles opprimit. subdens idem Thomas, quòd si episcopus propter perse-

quutionem alicuius Tyranni gregem sibi commissum corporaliter deserat: uidetur quod sit mercenarius, non Pastor. secundo adducit quod Prouerb. 6. dicitur, Fili si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. subdens: discurre, festina, suscita amicum tuum. Quod exponens Gregorius in pastorali suo, dicit, Spondere pro amico, est animam alienam in periculo suae conuersationis accipere. Quisquis autem alijs ad uiuendum in exemplum proponitur, non solum ut ipse uigilet, sed etiam ut amicum suscitet admonetur: quod facere non potest episcopus, si corporaliter suum deserat gregem. Ex quo uidetur quod episcopus non debeat ex causa persequutionis corporaliter suum gregem deserere.

Tertio adducit, quod ad perfectionem episcopalis status pertinet, quod proximis curam impendat: scilicet ei qui est in statu perfectionis professus, non licet ut omnino deserat ea quae perfectionis sunt. Ergo uidetur quod episcopo non liceat se corporaliter subtrahere ab exe-

De residentia Episcoporum

quatione sui officij.

Pro contraria autē parte quòd liceat ex causa nō residere, allegat quod habetur Matth. x. Si uos p̄sequuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Et propterea dicit Thomas loco proximè allegato respondendum esse quòd in qualibet obligatione præcipuè attendi debet obligationis finis. † Nā obligant se episcopi ad exequendum pastorale officium propter salutem subditorum, hinc est quòd ubi subditorū salus exigit præsentiam personę pastoris, non debet pastor personaliter suum deserere gregem, nec propter aliquod temporale commodum, nec etiam propter aliquod personale periculum imminens, cū bonus pastor animā suam ponere teneatur pro ouibus suis. Vbi uero subditorū saluti posset sufficienter in absentia Pastoris per alium prouideri: tunc eidem licet uel propter aliquod commodum ecclesię uel personę periculum, gregem suum corporaliter deserere. Vnde Aug. in epistola ad Honoratum dicebat, Fugiant de ciuitate in ciuitatem serui Christi, quando eorū quisq; specialiter à persecutoribus

quæritur: ut ab alijs, qui non ita quærun-
tur non deseratur ecclesia. Cum autē om-
nium cōmune periculum est, hi, qui alijs
indigent non deserunt ab his, quibus in-
digēt. Nam si perniciosum est nauam in
tranquillitate nauem deserere, quāto ma-
gis in fluctibus: allegatur tex. in c. sciscita-
ris. 7. q. 1. & ad prædicta facit quod habe-
tur in c. suggestū. vij. q. 1. ubi dicitur quòd
afflictionū amaritudo à pie mentis pro-
posito episcopū recedere cogere non de-
bet: considerando quanta pro absolutio-
ne nostri ac liberatione Dominus ac re-
dēptor noster pertulerit, ut habetur Mat-
th. 24. & Marci 23. Hinc est quòd episco-
pus propter opprobrium malorum ho-
minum quieti se tradere non debet, ut se
saluet, & filios orphanos relinquat. ut di-
3 citur in d. c. suggestū. † Episcopi enim ut
dicebat Cyprianus, debēt esse in fide in-
tegrī, in pressuris p̄bati, in persecuutione
proscripti ut habetur in c. Nouatianus. 7.
q. 1. Ideo dicit. Beati qui persecuutionē
patiuntur propter iustitiam c. sancimus.
43. distinc. Pressuram autem metuere nō
debent, qui alios in pressuris consolari te

De residentia Episcoporum

mentur. Ideo Paulus. 1. ad Corinth. 1. dixit. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. In tribulatione proscripti, hoc est, †constantes debent esse episcopi. ut cum Apostolo constanter dicant illud. 1. ad Corinth. 4. Tribulationem patimur: & sustinemus, blasphemiam: & obsecramus, Ita dicit Card. S. Xysti in d. c. Nouatianus: & dicebat Gregor. in Homelia quod stare in periculo ouium non potest, qui in eo quod ouibus praest, non diligit oues, sed lucrum terrenum quaerit: & ideo opponere se contra periculum trepidat ne hoc quod diligit amittat. †¶ Erit ergo ex premissis secundum Thomam loco supra allegato distinguendum, quod aut salus subditorum exigit praesentiam personae pastoris, & eo casu episcopus propter aliquam temporalem persecutionem non debet corporaliter suum gregem relinquere, etiam si adsit aliquod commodum temporale uel aliquod personale periculum. Bonus enim Pastor animam suam ponere tenetur pro ouibus suis, Matth. cap. x, nam quo-

6 ties salus eius corporis multis nocere pos-
 set, attendi non debet. † ¶ Siquidem plu-
 rimorū utilitas utilitati unius præferenda
 est c. Scias. viij. q. 1. Aut saluti subditorū p-
 uideri poterit in absentia sui pastoris per
 alium, & tunc uel propter aliquod cōmo-
 dum ecclesiæ, uel propter aliquod perso-
 næ Pastoris periculum episcopo suū gre-
 gem personaliter relinquere licebit.

7 Primus igitur casus in quo episcopus non
 residens excusatur erit, quando se à sua ec-
 clesia absentat, uel propter ecclesiæ suæ
 commodum, uel propter personæ suæ pe-
 riculum, & subditorum salutis potest equè
 bene per alium prouideri, secundū Tho-
 mam loco supra allegato, & quòd pro-
 pter uitandum periculum personæ suæ
 id facere liceat, Patet exemplis sancto-
 rum patrum. Helias enim fugit à facie
 Achab, & se in torrente abscondit, dein-
 de in sareptam ad uiduam uenit. 3. Reg.
 xix. Dauid fugit à facie Saul. 1. Regum.
 24. & Hieremias in Aegyptū fugit, Hier.
 43. Dominus etiam & Redemptor no-
 ster dixit Apostolis Math. xi. Si uos per-
 sequuti fuerint in una ciuitate, fugite in

De residentia Episcoporum

8 aliam. † Et Petrus fugit Herodis furorē
Act. xij. Paulus in sporta dimissus euasit
Act. ix. Quinimmo & Dominus nonne
legitur sepiissime inimicorum insidias de-
clinasse, nam propter Herodem in egiptū
fugit Matth. 2. & euasit quando de su-
percilio montis uoluerunt ipsum præcipi-
tare Luca. 4. Et quādo Iudæam reliquit
& in Galileam transiuit Ioan. 4. Pruden-
tiæ enim summæ est pericula pro tempo-
re & loco declinare et alijs proficere quibus
ubi ueritas & iustitia exigat sit fortitudi-
nis & perfectionis propter iustitiam pati
Math. v. de quo nobis Saluator exēplum
reliquit, ipse enim mortis pericula decli-
nauit donec uenit hora eius, & tunc non
fugit, sed quærentibus se obtulit dicens,
Quem quæritis, & respondētibus illis Ie-
sum Nazarenū dixit, Ego sum, præmis-
sa recitantur per Card. in c. sciscitaris. vij.
q. i. Et Nicol. de Iyra super Math. x. dicit
9 quòd consideranda est p̄sequutio. † ¶ Nā
aliquando est personalis, ut quando ali-
quis quæritur ad mortem non principa-
liter, quia fidelis sit sed determinate pro-
pter odium personæ, & tunc dicit esse fu-
giendum

giendum sicut Paulus fecit, qui quærebatur ad mortem in Damasco, ut habetur Actu. ix. patet quia alij fideles permittebantur tutè in Damasco habitare: sed quærebant solum interficere Paulū. Ideo à fratribus dimissus per murū fugit personalem persecutionem. Si uero non est persecutio personæ, sed est fidei & iustitiæ, tūc dicit, quod si homo percipiat probabiliter quòd ex eius fuga sequatur derisio fidei, & iustitiæ depressio: fuga erit mala & peccatum mortale, quando autē hoc probabiliter non appareret, sed magis contrarium, quia ex fuga tali potest fieri alibi utilitas ecclesiæ, ex persistentia autem nō nisi ministrorum ecclesiæ, occisio à canibus obstinatis infidelibus, & tunc est fugiendum ut quis alibi proficiat. Et prædicta conclusio, q̄ quando ecclesiæ potest æquè bene p̄ alium prouideri licitum sit episcopo propter personæ suæ periculum illam relinquere. Tenet etiam præalleg. Card. in c. Aduersitas. §. hoc etiam in. i. colum. uers. Circa autem istam. vii. q. i. Et probatur per tex. ibi ad litteram: Vbi idem tenet Præposit. & est tex. notabilis in cap.

De residentia Episcoporum

Omnis qui. vii. q. i. ubi text. dicit, quod si rex piissimus & iustissimus David sciisset peccatum esse fugientes persequutionem & transeuntes de loco ad locum, & de ciuitate in ciuitatem recipere: tales nequaquam recepisset. Qui enim Domini episcopos persequuntur, eosque de ciuitatibus ad ciuitates transire compellunt, non eos tantum persequuntur: sed & Dñm nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur, nec ipsi in hoc peccant episcopi, quoniam non sponte, sed coacte hoc agunt.

Secundus casus in quo episcopus residere non tenetur est quando efficitur monachus. tex. est in c. hoc nequaquam. vii. q. i. An autem liceat episcopo curam episcopalem deserere ut ad religionem se transferat: et uidetur dicendum quod non regulariter, quia status episcoporum est perfectior statu religionis, & nulli licet de statu perfectiori ad minus perfectum transire, nam status episcopalis in eo consistit, quod aliquis ex diuina dilectione se ad hoc obligauit ut proximorum salutem insistant. Et ideo tam diu ad hoc obligatur, quod curam pastorem retineat, quam diu potest subditis si-

bi commissis ad salutem proficere, quod negligere non debet neq; propter diuinę cōtemplationis quietem, cum Apl's propter subditorum necessitatem etiam à cōtemplatione futurę uitaę se differri patienter tolleraret, iuxta illud ad Philip. i. Ecce quid agam ignoro, coarctor enim e duobus, desiderium habens dissolui, & esse cū Christo: multo magis melius est, permanere autem in carne necessarium est propter uos, et hoc confidens scio q̄ manebo. Nec relinquēda est episcopalis cura propter quęcunq; aduersa uitanda, uel lucra acquirenda, dicit enim Ioan. x. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, nā si secus faceret, potius mercenarius quā pastor esset. Dicendum tamen est quod licitum erit episcopo religionem ingredi et curam ep̄alem deserere, quando impeditur procurare subditorum salutem propter proprium defectum uel conscientię scrupulū, ueluti si sit homicida uel symoniacus, siue etiā propter corporis defectū, ut puta si sit senex uel infirmus, siue defectū habeat, qui ad regiminis curā officiat uel irregularitatis, ut puta si sit bigamus;

De residentia Episcoporum

Aliquando autem ex defectu subditorum, in quibus proficere non potest, unde Gregorius in dialogo. 2. dicebat æquanimiter portandi sunt mali ubi inueniuntur aliqui qui adiuuēt boni, Vbi autem omnino fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor superuacuuus. hinc est quod sæpe agitur in animo perfectorum, quod cum laborē suum sine fructu esse considerant in loco alio ad laborandū cum fructu migrent. Aliquando etiam impedimentum contingit ex parte aliorum, quod est quando de prelatione alicuius graue suscitatur scandalum, dicente Apostolo. 1. ad Corint. 8. Si esca scandalizat fratrem meū non manducabo carnes in æternum, quod tamen procedit dummodo scandalum non procedat ex malitia aliquorum uolentium fidem aut iustitiam ecclesie cōculcare. Nā propter huiusmodi scandalum pastoralis cura non est dimittēda: iuxta illud Math. 15. Sine illos qui. s. scandalizabant de ueritate doctrine Christi, cæci sunt & duces cæcorum: hæc Tho. loco supra allegato, que reassumpsit Cardi. S. Xysti de Turre cremata in d. c. hoc nequaquam. viij. q. i. Et habet

tur in c. Nisi cum pridem. §. Intueri extra
 derent. ubi sex enumerantur causæ, ex
 quibus licitè aliquis petit sibi cōcedi quòd
 suam possit dimittere ecclesiã cui præest,
 12 quæ sunt supradictæ, † uidelicet conscien-
 tia criminis, non tamen omnis criminis,
 sed illius tantum propter quod ipsius offi-
 cii exequutio post peractam pœnitentiã
 impeditur. ¶ Secunda erit causa corporis
 debilitas quæ uel ex infirmitate uel ex se-
 nectute procedit, p̄ quam quis inhabilis
 ad exequendum pastorale officium red-
 13 ditur. † ¶ Tertia erit causa defectus scien-
 tiæ cum ipsa sciētia circa spiritalium ad-
 ministrationem sit potissimum necessa-
 ria, & circa temporalium curam oportu-
 na. Ideo episcopus, qui commissam sibi ec-
 clesiam in spiritalibus & temporalibus
 salubriter regere debet licitè illi renuntiat
 si scientiam in qua ipsam regat ignorat.
 14 † Et licet desideranda sit eminens scientia
 in pastore, si tamen in eo competēs sit tol-
 leranda est, ut inquit Innoc. in d. cap. Nisi
 15 cum pridem, extra de renunt. † ¶ Episco-
 pus tamen omnino indoctus non est tol-
 lerandus, quem Pius secundus, Teste Pla
 I iij

De residentia Episcoporum

16 tina in eius uita, † asino comparandum dixit, & Io. Monachus in sua glo. in c. ex eo de elect. in. vi. indoctos episcopos appellat asinos deferratos ut refert Fely. Sandeus auditor Rotæ in c. Siquãdo in uersu. stat difficultas, ibi & dixit stupenda glosa de rescrip. ubi allegãdo glo. in. l. qui cum uno in princ. in uersu. Temperatio in fine

17 ff. de re militar. dicit † quòd episcopus indignè promotus decapitari meretur: subdens quòd talia non sunt dilatanda propter illud Terentianum, Obsequium amicos. ueritas odium parit, dicens idem Fely. quòd oportet qui principibus uult placere ambulare inter laudem & Placētiam non Veronam uersus: hoc tamen fallit in serenissimo Principe & duce ac dominio Venetiarum cui semper amica ueritas & inimica adulatio extitit.

Quarta causa propter quam licitè episcopus potest suam ecclesiam relinquere est malitia plebis, cui præest quando a deo dure est ceruicis, quòd episcopus proficere nequeat apud ipsam, quinimmo ppter eius duritiem, quanto magis episcopus fatagit eo magis induratur.

Quinta causa erit pro graui scandalo euitam
19 do, quod aliter sedari non potest.

Sexta causa est irregularitas episcopi ut si
20 fortè sit bigamus, bigami enim eligi in
episcopos non possunt. 50. distinc. c. final.
26. distinc. c. 1. xxviij. q. ult. c. 1. & c. 1. 2. et. 3.
extra de bigam. 33. distinc. c. maritum, &
21 cap. la yci, † quod procedere dixit Specul.
in tit. de bigamis, etiam si accederet dispē
satio papæ. In contrarium autem quòd
immo ex dispensatione papæ quis biga-
mia non obstante possit ad episcopatum
promoueri, est glo. in c. lector. 34. distinc.
allegat text. in c. nuper de bigam. & c. Si
quis uiduam. 50. dist. nam dicit dicta glo.
q̄ Lucius papa dispēsaui cum Archiepi-
scopo Panormitano, et cōmuniō opinio
tam canonistarū q̄ theologorū est quòd
Papa dispēlare possit cum omni bigamo,
siue uero, siue interpretatiuo ut promo-
ueatur ad omnes etiam sacros ordines,
necnon ad beneficia & dignitates: ita re-
fert & sequitur lo. de Turre cremat. Car-
din. in d. c. lector. 34. distinct. & sequitur
Archiep. Flor. in sua summa parte. 3 libr.
28. c. 3. & Præposi. in summa 50 distinct.

l iij

22 col. 5. uers. quinto. quero, ubi dicit, † quòd Paulus bigamiam instituit, ideo non est dubiũ, quòd Petrus, qui maior est in administratione ecclesiæ possit super ea dispensare. subdens, quòd credit hanc esse ueriores opinionem: Staphileus episcopus Sibicensis, & Rotæ auditor, quem cognoui in Gallia trāsalpina, dum illic apostolicum ageret nuntium pro Leone. x. Pont. max. de anno millesimo quingentesimo decimo nono, in tractatu suo de literis gratiæ & iustitiæ carta ultima, dicit quòd papa ex certa sciētia potest cum bigamo dispensare ad omnes ordines, sed de potestate ordinaria id facere non consuevit, & quòd Papa dispēfare possit cum bigamo tam uero quàm interpretatiuo tenit etiam Petr. de anch. in consil. 124. In cipiēte circa bigamos. Bene uerum est, q̄

23 dicit † quòd Papa facilius dispensat cum bigamo interpretatiuo quàm cum uero c. à nobis, & c. debitum extra de bigam. Quia bigamia interpretatiua est inducta per constitutiones ecclesiasticas, canonicas uel concilia, uera autem est inducta ab Apostolo c. 1. 25. distinc. & c. Acutius,

24 & c. demō. † Quinimmo bigamus ex pa-
 pæ dispensatione potest etiam esse Cardi-
 nalis secundum Bald. in c. At si clerici de
 iudi. cuius contrarium tenuit Specul. lo-
 co supra allegato. Et ideo propter Specu-
 latoris dictum, Dominus Anto. Rosel-
 lus celeberrimus iurium doctor assequi
 non potuit cardinalatum sibi ab Euge-
 nio pontifice promissum, quem defende-
 rat in concilio Basiliensi. Eugenius enim
 ei fidem datam seruare nolens, excusaue-
 rat se, quod nō poterat ipsum Dominum
 Antonium ad cardinalatum promouere
 ex eo quod esset bigamus, & instante Do-
 mino Antonio quod secum super biga-
 mia dispensaret, allegādo præallegatum
 dictum Bald. & glo. in d. c. lector, Respō-
 dit sibi Papa, quod ex quo contrarium te-
 nebat Speculator id fieri non licebat, de
 quo indignatus Rosellus composuit li-
 bellum contra prælatos & pontificis po-
 testatem quem uocant monarchiam, & se
 reduxit in studium Paduanum, ubi per
 multos annos legit, ut dicit Io. Bertachi.
 in tractatu suo de episcopo lib. 2. col. viij.
 in fine, & col. ix. in princ.

De residentia Episcoporum

In prædictis autem casibus, in quibus dictum
25 est, quòd episcopus cedere potest, non poterit fieri talis cessio nisi auctoritate Romani pontificis. Ideo dixit Innocentius tertius in dicto c. Nisi cum pridē, Si penas habeas quibus satagas in solitudinē euolare, ita tamen sunt strictæ nexibus præceptorum, ut liberum non habeas absque nostra permissione uolatum, & in prædictis uidendus est post alios Abb. in d. c. nisi cum pridē, qui plura ponit circa prædictas sex causas ex quibus licet episcopo suam dimittere ecclesiam.

Tertius casus in quo episcopus excusatur à
26 residentia est quādo tenet regalia ab imperio & ab Imperatore uocatur, nam eo casu ad eum ire tenetur, ut notatur per Archid. in c. si uobis, 23. q. ultri. & per Alberic. in rubr. C. de episc. & cleric. Ad idem etiam tex. in c. si episcopus. 18. distin. & ibi glo. in uerbo Regia dicit quòd hoc nō solum procedit quando episcopus habet pheudum à Rege uel Imperatore, uerum etiā si uocaretur propter negotiū regni & ibidem not. Præposi. q. episcopus uocatus à Rege potest ecclesiā suā deserere & se ab

ea absente ut ad Regē se cōferat. subdit
 tamen quòd cessante hac causa non debet
 episcopus sua sponte principū curias fre-
 quentare, & suam deserere ecclesiā, quod
 utiq; faciunt pleriq; nostri temporis epi-
 scopi. concordat text. in auct. quomodo
 oportet. episc. in .§. & illud colum. i. glos. ta-
 men in cap. cum parati, de appella. tenet
 quòd quando episcopus non tenet pheu-
 dum à Rege, potius ire debet ad manda-
 tum & uocationē suī archiepiscopi quàm
 regis, & hoc idem uoluit ibidem Hostiē.
 Innocen. uero simpliciter tenet quòd po-
 tius ad Regis uocationem quàm Archi-
 episcopi ire teneatur per tex. in d. c. Si epi-
 scopus. 18. distin. qui indistincte loquitur
 Cardi. autem. S. Xysti in d. c. si episcopus
 dicit quòd si episcopus in regalibus sublit
 Principi, & ei Princeps primo præcepit,
 quòd secum uadat in expeditione: tene-
 tur ei obedire ratione regalium, & talis
 causa excusat ipsum si uocatus non eat ad
 Synodum etiam monitus à suo Archiepi-
 scopo. † Quando uero episcopus à Re-
 ge & à summo Pontifice uno & eodem
 tempore uocaretur, tunc potius ad Pon-

De residentia Episcoporum

20
tificem quàm ad regem ire teneretur, cum Pontifex uice Christi super omnes fideles etiam super Imperatores & reges Imperium teneat, Ita dixit Innoc. in d. c. Cum parati, quem sequitur Præposit. in d. c. Si episcopus in fine. Quinimmo etiã si episcopus prius uocatus fuisset à rege quàm à pontifice, potius ad pontificem quàm ad regẽ ire tenetur, Ita uoluit Cardinal. in præallegato cap. Si episcopus. 18. distinc. & in c. reprehensibile. 1. colum. 28 uersu. Respondeo dicendum. 24. q. ix. † Si uero uocatus non esset episcopus ad regis curiam, ad eam accedere non debet, nam ut idem Cardi. dicit in dicto c. si uobis. 23. q. 8. Turpe est quòd episcopi non inuitati & non uocati se inserant ad seruitia Imperatoris uel alterius Principis secularis, & subditorum curam deserant & deuotionis officia: quod inquit non facerent episcopi, si mortem spiritualem timerent, & quòd de ouibus suis rationem Deo reddituri sunt summo iudici considerarent. subdens, utinam etiam de curia Romana hoc in parte obseruaretur, in qua plures episcopi non deuotiõis gratia, sed am

bitionis spiritu propulsati conueniant ut
 altiora quærant, aut beneficia beneficijs
 addant, aut honores honoribus, quæren-
 do officia & legationes, quæ curæ anima-
 rum sibi commissarum habent plurimum
 impediunt. subdens idem Cârdis. Vti-
 nam summi pontifices cõsiderarent quã-
 ta negligentia circa animarum curã com-
 mittitur ex absentia Prælatorum à suis ec-
 29 clesijs. † ¶ Et appellantur episcopi, negli-
 gentes punire subditorum peccata, canes
 impudici ut habetur in c. nemo. 81. distin.
 Et non residens episcopus idolo compa-
 ratur, ut inquit Præpositi. in dicto c. nemo,
 allegat illud Zachar. cap. xi. O pastor &
 idolum relinquens gregem.

Quartus erit casus quo episcopus iustè ex-
 30 cusatur non residens si ad cardinalatus
 apicem promoueatur. sunt enim domini
 Cardinales astricti curæ uniuersalis eccle-
 siæ, Innoc. in c. Bonæ memoriæ, de postu-
 lat. & ibi Abb. tenentur nanq; assistere
 Pontifici consulendo in rebus agendis tan-
 gentibus totam christianam rempublicã,
 ut patet in c. per Venerabilem qui fil. sunt
 legit. & in ca. fundamenta, de elect. in. vi.

Deresidentia Episcoporum

31 † Hinc est quòd Cardinales dicuntur pars corporis papæ, ut in c. decreto. 2. q. vi. Et dixit Hostiens. in c. Antiqua de priuil. & ibidem Anto. de butr. quod licet episcopi iurēt fidelitatem Papæ, ut in c. Ego enim, de iur. iuran. Tamen Cardinales tanquā uiscera & pars corporis Papæ, non præstant huiusmodi iuramentum, debent tamen se præ cæteris astrictos reputare ad seruandam fidelitatem ipsi summo pontifici. † ¶ Hoc tamen procedit in Cardinalibus presbyteris & diaconis: sed Cardinales episcopi iurant ut episcopi, uti faciunt cæteri episcopi, non tamē tanquā Cardinales, secundum Hostien. & Ioan. and. in dicto c. antiqua. & habetur p̄ Martin. de laude in tract. suo de Cardinal. in 4. q. & non præstatur iuramētum Cardinalibus in signū singularis confidentiæ, quam de ipsis habet Papa, nam sicuti cardine ostium regitur Prouerb. cap. 25. ita consilio et assensu dominorum Cardinalium papa regit, disponit, & ordinat uniuersalē ecclesiam, ut inquit Cardin. in c. quamquā, col. 2. uerlic. 2. quòd sicut. 2. q. viij. de quibus Bernardus in lib. de Cō-

solatione ad Eugenium Papā inquit, Hi quoque qui tibi continuo assistunt seniores populi orbis iudices &c. & Abb. in c. 33 2. 1. col. inquit, † quod Cardinales sunt pars corporis Papæ, cum quibus Papa totum orbem iudicat, allegat tex. in dicto. c. per uenerabilem qui filij sint legit.

Facit quia Cardinales non possunt ex curia discedere sine licentia Papæ ut dicunt Ioan. andr. & doctor. in cap. Vestra, el. 2. de elect. Subdendo, quod Cardinales habent alas ligatas, ut ex curia sine Papæ licentia non discedant, quod etiā dixit Martin. de laude in tract. suo de Cardin. questione. 43. Hinc est, quod percipiunt fructus suorum beneficiorum etiā in absentia c. cum dilectus de cleric. non resident. ut late per Old. consi. 46. ubi dixit quod ius commune habet illos pro residētibus ex quo Romanæ ecclesiæ seruiunt, quæ omnium ecclesiarum mater est, & aliarū ecclesiarum sollicitudinem gerit præallegato cap. bone, el 1. de postulat. prælat. de quo per Marti. de laude in dicto trac. suo 35 q. 68. † ¶ Et reuerend. dominorū Cardinalium status à Deo institutus est saltem

De residentia Episcoporum

figuratiue, ut per Card. in c. quamquam
2. q. viij. & Marti. in præallegato tract. suo
de Cardinalibus. q. viij. ubi ad hoc allegat
tex. in c. per Venerabilem in uersi. ratio-
tionibus, qui filij sint legit. not. Abb. in c.
ex gestis, de cleri. non resident.

In contrarium autem quòd immo Cardi-
nales teneantur residere in suis episcopa-
tibus uidetur facere text. in ca. 2. de cleric.
non resident, ubi habetur quòd Anasta-
sius præbyter Cardinalis tituli S. Mar-
celli priuatus fuit ex eo quod parrochiã
suam per annos quinque contra canonum
instituta deseruerat, & in alienis demora-
batur partibus, hoc tamen non obstante
conclusio superius fundata de iure proce-
dit quòd Cardinalis habens episcopatum
excusatur à residentia, quæ conclusio fir-
matur etiam ex his, quæ latè ad partes ar-
guendo adducit Andr. Barbat. in tract.
suo de præstant. Cardinal. part. 1. q. xij.
ubi per quattuor columnas examinat il-
lam quæstionem, an episcopus creatus
Cardinalis possit in titulum retinere epi-
scopatum suum & ad tex. in dicto c. 2. re-
spondetur, quòd loquitur in Cardinali,
qui

qui deseruerat ecclesiam sui tituli, debebat. n. ille Cardinalis esse presbyter Cardinalis & abesse sine pontificis licentia, & iusta non subsistente causa, omnes enim ecclesiæ ad quas intitulantur Cardinales Romæ sunt. Ideo Cardinales in suo titulo residere dicuntur, quando Romæ existunt, nam Romæ existentes Papæ adhærent ut tenent, si enim diceremus Cardinalem teneri residere in episcopatu, cuius administratio sibi p. papam commissa est, esset dicere quòd assistere papæ nõ teneretur, quod non esset sanum per superius dicta. † ¶ Nam assistunt Cardinales Papæ sicut Apostoli Christo assistebant, ut dixit Augustinus de Anchona in libr. de potest. ecclesiæ, & dicitur in c. fundamenta de elect. in. vi. quòd Cardinales sunt fratres, coadiutores, consiliarij, & assistentes Domi. Papæ, de quibus late scripsit Card. S. Xysti in dicto. c. quamquam 2. q. viij. & Barbat. & Marti. lauden. in eorum tract. de Cardin.

37 Quintus erit casus in quo episcopus à residentia excusatur, quando ei propter infirmitatem necesse esset aerem mutare uel

K

De residentia Episcoporum

ire ad balnea pro se sanando, hoc tamen procedere intelligitur nisi immineret necessitas seu periculum suæ ecclesiæ, cui eius obuiaret presentia, tunc etenim etiam per infirmitatem non posset ep̄s se à sua ecclesia absentare, sed ægritudinem patienter sustinere deberet etiam usq; ad mortē inclusiue potius q̄ suam deserere ecclesiam, iuxta uerbum Dñi dicentis Ioan. c. x. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, & hanc cōclusionem tenet Thomas de Vio, Cardin. S. Xysti super Thomam. 2. 2. q. 185. artic. 5.

38 Sextus erit casus, quo episcopus à residentia
Romanam, ex qua recedere non potest et reuerti ad suam ecclesiam sine licentia papæ, Ioan. andr. in c. ecclesia, el. 2. de elect. & 8. q. ult. c. i. notatur in cap. concesso, ubi Cardin. de Turre crema. xiij. q. 2. & in c. quilibet, ubi not. viij. q. v. & Bertachin. in tract. suo de episcopo, lib. 4. in. 1. parte, colū. 2. uersū. quæro, an episcopus, cum nāq; tali casu episcopus ad eius libitum sine licentia papæ ex curia discedere non possit à residentia interim excusabitur. Licen-

tiam tamen petere tenetur, alioquin non excusaretur, quia excusatio fundamentū
 39 iuris nō haberet, † allegans. n. impedimen-
 tum illud probare tenetur tex. et ibi Bart.
 in. l. qui cōmeatus. ff. de re milit & Bart.
 in. l. 2. §. quod diximus. ff. Si quis caut. &
 ibi Alex. Bart. in. l. præses. C. de appel. &
 Felyn. in c. sciscitatus de rescrip. non enim
 excusaretur episcopus à residentia, nisi ta-
 le probaret impedimentum, quia iuris di-
 spositionem contra se habet quòd reside-
 re teneatur, ut supra uisum fuit.

Septimus erit casus quando pro tractandis
 40 negotiis utilitatē uniuersalis ecclesiæ tan-
 gentibus ep̄s se absentat ab eius ecclesia,
 excusatur enim tunc à residentia, ita dixit
 Caietanus Cardina. S. Xysti, in. 2. 2. Tho-
 mæ. q. 185. artic. 5. Et rationem adducit,
 quia bonum partis ordinatur ad bonum
 totius. Tenetur enim particularis ecclesia
 exponere pastorē suum pro bono uniuers-
 salis ecclesiæ etiam si damnum pateretur,
 quod maxime procedit quando episco-
 pi mittuntur a pontifice nuntij uel lega-
 ti ad Reges, principes, seu potentatus, ut
 est nunc apud Serenissimum & Illustris-

K ij

De residentia Episcoporum

simum Dominium Venetiarum, reuerē-
dissimus dominus Ioannes della Casa ele-
ctus Beneuentanus uir profecto, omni
laude dignus, ac summa doctrina & inte-
gritate preditus: siue quando deputantur
ad gubernandum aliquas prouincias, si-
ue ciuitates ecclesie Romanæ subiectas:
siue pro aliqua alia expeditione, nego-
tiū uel utilitatem uniuersalis ecclesie con-
cernēte, siquidē uniuersalis utilitas unius
utilitati præfert. vii. q. i. c. Scias, & pro ista
conclusionē faciunt quæ dixi supra cap.
x. ubi ostensum fuit, quòd inter episcopū
& ecclesiam uniuersalem dicitur contra-
ctum uerum coniugale, uinculum spiri-
tuale, quod nō dissoluitur etiam si episco-
pus dimittat ecclesiam suam cum aucto-
ritate Pontificis, ex quo patet, quod ma-
ius est uinculum episcopi ad ecclesiam uni-
uersalem quàm ad particularē, quia uin-
culum coniugij spiritualis cōtractum in-
ter episcopum & suam ecclesiam post cō-
firmationem electiōis dissolui potest au-
ctōritate pontificis, per ea quæ dixi lo-
co præallegato.

Octauus erit casus, in quo episcopus non re-

41 sidens excusabitur, quando stat ad seruitia papæ, illi enim seruientes ecclesiæ uniuersali seruire dicuntur c. cum dilectus, & ibi Abb. in. 3. not. de cleri. non residen. & idem esset quando episcopus moram traheret mandato pontificis in Romana curia, nam tunc Reip. causa abesse dicetur, ut dixit Abb. in d. c. Cum dilectus, allegat tex. in. l. Sed si per Prætorem in fine, & in l. reipub. ff. ex quibus caus. maior.

42 Quid autem dicendum sit de episcopis qui sunt auditores rotæ, clerici Camere apostolicæ, secretarij Papæ, abbreviatores de Parco maiori uel minori, uel alia habent officia in curia Romana? an à residentia excusentur? circa hoc Thomas de uio, Cardi. S. Xysti super Thomã. 2. 2. q. 185. artic. 5. dixit eos in foro conscientia à residendo non excusari. Ego autem in huiusmodi articulo licet alias legalẽ fecerim distinctionem, attamen quia circa hoc sacrosanctum conciliũ aliquam de facili faciet decisionẽ, quid sentiã pro nunc cõticere decreui.

Episcopi, Archiepi, & Patriarchæ,
omnes epi nomine ueniunt.

K iij

De residentia Episcoporum

- 2 Episcoporum appellatione etiam in materia penali ueniunt Archiepiscopi & Patriarchæ.
- 3 Archiepiscopus dicitur episcoporum princeps.
- 4 Archiepiscopus enixè intèdere debet curæ animarum.
- 5 Patriarchæ et primates sunt episcopis & archiepiscopis maiores.
- 6 Patriarcha græca lingua dicitur summus patrum.
- 7 Patriarcha immediate sedere debet post papam.
- 8 Principales patriarche quattuor sūt & qui sint.
- 6 Qui sint patriarchæ qui sedere debeant ante Cardinales in cōcilio.
- 10 Sunt alij etiã quattuor patriarchæ, quorum unus est patriarcha Venetiarum.
- 11 Suprascriptiões decretalium ius faciunt, & ex illis arguitur.
- 12 Patriarchatus Gradenlis extinctus & loco illius creatus patriarcha Venetiarum.
- 13 Ciuitas Venetiarum aliarum ciuitatum Regina.

14 Primus episc. Venetiæ Obeliatus.

15 Episcopi Venetiarum semper electi fuerunt à Senatu.

Patriarcha Venetiæ eligitur a Senatu.

Capitulum decimumoctauum.

- 1 **P**Rædicta, quæ diximus de episcopo-
rū residentia. uendicant etiam sibi lo-
cū in Archiepiscopis & Patriarchis. Epi-
scopi etenim Archiepiscopi & patriarche
omnes sub uno & eodē nomine episcopi
cōprehenduntur & nuncupantur, licet pri-
uato utantur nomine propter potestatis di-
stinctionem, ut est tex. in c. clericos. 21. dist.
& ibi not. Prepos. in. 4. col. & habetur per
glo. in c. quia periculosū, in uerbo de episc.
de sent. excōi. in. vi. & ibidē not. Domini.
- 2 in fin. † ¶ Quod episcoporum appellatione est in
materia poenali ueniunt Archiepiscopi & Pa-
triarche in cōcernentibus officiū pōtificā-
le, qd' ibidē sequitur Philip. Franch. in fine.
Quinimmo à fortiori tenetur Archiepiscopus
residere, cū ipse sit supra episcopos. † ¶ Dicit. n.
3 Archiepiscopus episcoporum princeps, ut inquit Ar-
chiepiscopus Flor. in sua sūma parte. 3. tit. xx. c. 3.

K iij

De residentia Episcoporum

§. i. Archos enim græcè, latinè princeps significat. Hinc est quòd pallio utitur, quod in signum plenitudinis Pōtificialis dignitatis datur, quia supra episcopos est. Ideo maiorem curam habere debet quàm episcopus cum non solum laycorum & clericorum curam sustinere debeat, sed etiam episcoporum sub se existentium cura illi incumbat. Eapropter Gregorius Papa Siagrius episcopo Augustadinensi scribens ut habetur in c. rationis. 100. distinc. dicebat, rationis ordo nos admonet, ut cū usu pallij aliqua priuilegia largiri debeamus, sed quoniam cum honoris augmento cura quoq; sollicitudinis debet excrecere, ut cultui uestium, actionis quoq; ornamenta conueniant, oportet ut enixius in cunctis studijs se uestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura uigilans. † ¶ Et dicitur Archiepiscopus quasi episcoporum princeps, quia enixe intendere debet curæ & uirtutibus eminere, ut dixit idem Archiepiscopus Florent. in d. 3. parte suæ summæ, eo. tit. xx. c. 3. §. 3. respondere ergo debet actio nomini. Ideo dicebat Gregor. in suo pastoralis, ne sit no-

men inane: Honor sublimis & uita procli-
uis: Deifica professio, & illicita actio, Re-
ligiosus amictus, & irreligiosus pfectus,
Gradus excelsus, et deformis excessus, Ca-
thedra sublimior, & consciētia humilior,
locutio columbina, & mens canina.

Idem dicēdum est de Patriarchis & Prima-
5 tibus, quod de episcopis & Archiepisco-
pis diximus, sunt enim Papa inferiores et
maiores episcopis & Archiepiscopis. Nec
inter Patriarchā & Primatem est aliqua
realis differentia, sed uocalis tantum ut di-
xit Archiepiscopus Floren. loco superius
allegato. c. 4. in princ. ad idem est glo. in c.
Vrbes, in uerbo Patriarchas. 80. distinct.
& glo. in c. Si quis. 2. q. vi. & ibi Præposit.
6 † ¶ Et dicitur Patriarcha græca lingua
Summus Patrum, siue patrum Princeps
interpretatur: primum enim post Papā
locum tenet cap. cleros. 5. ordo episcopo-
7 rum. xxi. dist. Ideo immediate sedere de-
bet post Papam, & sic ante Cardinales, ut
not. Præposit. in c. diffinimus. 22. distinct.
Allegat Host. in c. antiqua de priuileg. &
idem Præpos. in c. renouantes, ead. distin.
in. 1. notabili, ubi dixit, quòd Patriarchæ

De residentia Episcoporum

principales ante Cardinales sedere debent:
& Card. S. Xysti in d. c. diffinimus, inquit
q̄ patriarchæ habent prærogatiuã in se-
dendo in concilijs, in respondendo, & in
subscribendo, & ipsis subsunt Archiepisco-
8 pi, ut dixit glo. in c. conquestus. ix. q. 3. † Et
quattuor sunt principales Patriarche. Pri-
mus Constantinopolitanus, Secundus
Alexandrinus. Tertius Antiochenus.
Quartus Hierosolymitanus, ut habet in
d. c. diffinimus, ad idem tex. in c. renouan-
9 tes. 22. dist. † ¶ Et isti quattuor sunt, qui ho-
norantur in sedendo in concilio ante Car-
dinales. Primo. n. sedet Papa tanq̄ caput
uniuersalis ecclesiæ. Secundo loco sedet
Cardi. Hostiensis, qui hoc habet ex priui-
legio, ex eo q̄ papam consecrat, & ungit
Imperatorẽ, ut not. Hostien. in c. antiqua,
de priuileg. demum sedent prænominati
quattuor Patriarchæ ordine præmissis, ut
dixit Petrus de mōte Venetus in sua Mo-
narchia conciliorũ in rub. de generalis cõ-
10 ciliij congregatione. q. 5. † ¶ Sunt & aliæ
quattuor patriarchales sedes post prædi-
ctas. s. Aquilegien. Bituricen. Graden. &
Pisan. de quibus p̄ Archid. in d. c. clerico.

xxi. dist. ubi est glo. quæ mentionem facit
 de prædictis. Isti autē quattuor postero-
 res an sedere debeāt ante Cardinales, Pe-
 trus de monte loco p̄allegato dixit, q̄ pu-
 tat in hoc seruandam consuetudinē Cur-
 riæ, sed de iure dicendum uidetur, q̄ p̄di-
 ctæ quattuor sedes Patriarchales presbi-
 teris Cardinalibus præferantur, quod ui-
 detur probari in c. constitutis, de appella-
 in superscriptione, ubi Pontifex scribens
 Patriarchæ Gradensi, & p̄sbitero Cardi-
 nali preponit Patriarchā Cardinali p̄sbi-
 11 tero. † Subdens q̄ superscriptiones decre-
 talium ius faciunt, & ex illis arguitur not.
 glo. in c. quorūdam, de elect. in. vi. in uer.
 prædicatorū, & in c. finali de pact. eo. libr.
 12 † Sciendū tamen est, q̄ Patriarchatus Gra-
 densis hodie est extinctus, quia etiam illa
 ciuitas desolata est, & dictum Patriarcha-
 tum de anno Domini Millesimo Qua-
 dringentesimo Quinquagesimo primo,
 Nicolaus Pontifex Maximus, eiusdem
 nominis quintus ad Inclytā Venetiārū
 13 ciuitatem aliarū ciuitatum, quæ christiano
 nomini parent Reginā transtulit, quæ an-
 tea per annos sexcentū septuaginta nouē

De residentia Episcoporum

in circa ep̄m habuerat, ut illam maioris dignitatis prerogatiua decoraret, sic illius requirentibus excellentia, nobilitate, & meritis, quam ciuitatem perantea Adrianus pontifex eiusdē nominis primus ad Apostolatus apicem, anno domini septingentesimo septuagesimo secundo assumptus ep̄atu ornarat. Et primus ciuitatis ep̄s Obeliatus Eneagrū Tribuni Metamauceni filius fuisse dicit̄ ab uniuerso ciuitatis prædictæ clero & populo assistēte Mauricio ipsius ciuitatis principe electus ut testatur historia, & sic continuatis tēporibus ep̄i, donec ciuitas ep̄atum habuit, & post erectionē patriarchalis sedis Patriarchæ pro tpe usq; in præsentē diem ab illustriss. Senatu electi & denominati fuere et ab Aplica sede approbati, Quanto igitur excellentiori dignitatis gradu præcellūt ep̄i, Archiepiscopi & patriarchæ in ecclesia Dei: tanto magis astricti sunt animarum curæ & ouium suarum regimīni, dicitur. n. in concilio Toletano. 2. cap. 2. q̄ quātum quis præcelli culminis obtinet locum, tantū necesse est præcedat cæteris gratia meritorū, ut in eo quod præsidet singulis singu

lariter ornet̄ eminentia sanctitatis, habēs
semper in ore gladiū ueritatis, & in opere
efficaciā luminis, iuxta illud Pauli ad Ti-
moth. i. Potēs sit exhortari in doctrina sa-
na & contradicētes reijcere, prædicta exe-
qui num possunt nō residentes ep̄i: cōtra
quos Damasus ep̄la eius. 4. inquit, Vidē-
tur mihi mœretricibus similes, quę statim
ut pariunt infantes suos alijs nutricibus
educandos tradunt, ut suā citius libidinē
explere ualeant, sic & isti infantes suos. i.
populos sibi cōmissos alijs educandos tra-
dunt ut suas expleant libidines, idest pro
suo libitu secularibus inhiēt curis, et quod
unicuiq; uisum fuerit, liberius agant, pro
talibus. n. animę negligunt̄, oues pereunt,
morbi crescunt, hæreses & scismata pro-
deunt, ecclesiæ destruuntur, sacerdotes ui-
tiantur, & reliqua mala proueniunt: Non
taliter Dñs docuit, nec Ap̄i instituerunt,
sed ipsi qui curā suscipiunt, ipsi peragant,
et ipsi proprios manipulos Dño represen-
tent, nam ipse ouem perditam diligenter
quæsiuit, ipse inuenit, ipse proprijs hume-
ris reportauit, Luca. xv. nosq; id ipsum fa-
cere perdocuit, si ipse pro ouibus tantam

De residentia Episcoporum

curam habuit, quid nos miseri dicturi sumus, qui etiam pro ouibus nobis commissis curam impendere negligimus, & alijs eas educandas tradimus? Corrigant hæc inquit, fratres necesse est, quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet. Cogitent quæso, cogitēt isti summi Patres, qui altiorem locum obtinēt, quòd totius prouinciæ gloria metropoli uendicatur, Et quicquid in membris laudis est, omne id refertur ad caput, ut dixit Hieronymus in epistola Paulæ & Eustochij ad Marcel lam epistolarum, Tomo primo.

Hæc sunt quæ christianæ religionis zelo de episcoporum residentia per me Hieronymum gigantem Forosempronensem, ac Almę huius ciuitatis Venetiarum ciuem, Inter utriusq; iuris Doctores minimum, hoc paruo conscripta sunt libello, quæ utinam in Terram bonam cadant & fructum afferant, iuxta illud Marci. cap. 4. quòd ut fiat Deum optimum, maximum humiliter deprecor. Laus Deo.

Errata quæ inter legendũ occurrerunt.

Fol. 16. facie. 2. lin. 1. quod capite, Et capite.
 Fol. 30. fa. 1. lin. 10. quare cõiug. quali con
 iugium. Fol. 31. lin. 9. eodemq; tempo, eo
 dem tempore. Fol. 45. fa. 2. lin. 1. mittent,
 tent palpebræ.

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I K
 Omnes sunt quaterniones.

Venetijs apud Nicolaum de Ba-
 scarinis. Anno Domini.
 M D XLVIII.
 Mense Ianuario.

Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt
Folia quae sunt legendi occurrunt

SERIES CHARTARVM.
* A B C D E F G H I K
Omnes sunt quatuordecim.

Venerabili fratri Nicolao de B...
laminis. Anno Domini...
M D XLVII
Nicolao...
...
...
...
...
...
...

